


LEXICON MINERALOGICUM ENNEAGLOTTUM



AUCTORE

MICHAËLE KOVÁTS,

MEDICINAE DOCTOR, INCLYTAE FACULTATIS MEDICAE
REGIAE SCIENTIARUM UNIVERSITATIS HUNGARICAE
PESTHIENSIS COMMEMBRO, PRACTICO MEDICO
PESTHIENSE.

Dr. Flór.

PESTHINI, 1822.

TYPIS NOBILIS JOANNIS THOMAE TRATTNERI
DE PETRÓZA.

Tres coit in partes numerus perfectus : ut idem
Congrege ter trino per ter tria dissoluatur.

Auson. Griph. v. 82.

Juris idem tribus est, quod ter tribus, omnia in istis.

Auson. Griph. v. 4.

M É L T Ó S Á G O S,
RÉVAI, SZKLABINÁBAN ÉS BLATNICZÁ-
BAN ÖRÖKÖS,
SZABAD BÁRÓ,
RÉVAY NEPOM. JÁNOS
Ö N A G Y S Á G Á N A K,
CSÁSZÁRI KIRÁLYI ÉS APOSTOLI FELSÉG ARANY
KÚLCOSÁNAK,
BÁNYÁSZSÁG TANÁCSÁNAK,
FELSŐ MAGYAR ORSZÁGI PÉNZVERÉS ÉS BÁNYÁSZ-
SÁG DOLGAI
FŐ KAMARA GRÓFJÁNAK,
HÉT SZABAD KIRÁLYI BÁNYA VÁROS ÖRÖKÖS
BÍZTOSÁNAK,
BÁNYÁSZSÁG TÖRVÉNYSZÉKE ELŐÜLŐJÉNEK,
TEKINTETES NEMES THÚRÓCZ VÁRMEGYE ÖRÖKÖS
FŐ - I S P Á N Y Á N A K,
UGYAN AZON FŐ - I S P Á N Y S Á G H Í V A T A L J A
H E L Y T A R T Ó J Á N A K,

MINT
RÉGI, TÖRZSÖKÖS, FÉNYES,
MAGYAR NAGYSÁGNAK,
A' HAJDANI HÍRES RÉVAY FERENCZ NAGY UNOKÁ-
JÁNAK,
AZ ÁSVÁNY ORSZÁGNAK IFJUSÁGÁTÓL FOGVA VALÓ
HIV BARÁTJÁNAK, BÚVÁRJÁNAK,
NAGY KÉSZÜLETTEL KITANÚLT
MAGYAR ÁSVÁNYÁSZNAK,
MOST A' NEMES ÉRCZEKET KERESTETŐ ÉS ÁSATÓ
MAGYAR KIRÁLYI TIZTSÉG ELŐÜLŐJÉNEK,
A' MAGYAR BÁNYÁSZSÁG FEJÉNEK,
ÁLTALJÁBAN MINDEN TUDOMÁNYT LELKÉBŐL HED-
VELLŐ MÉLTÓSÁGNAK,
A' SZÓFEJTŐ, 'S KILENCZ FŐBB EURÓPAI NYELVEN
SZEREZTETETT ÁSVÁNYNÉVTÁR LEGMÉLTÓBB
BÍRÁJÁNAK,
ELŐMOZDÍTÓJÁNAK,
ÖRÖMMEL KIVÁLALKOZOTT PÁRTFOGÓJÁNAK,
ÖRÖK EMLÉKEZETŰL,
MEGKÜLÖNBÖZTETETT TISZTELETŰL,
AJÁNlja

a' Szerző.

Az Ásványnévtár Szerzőjéhez.

I.

Megnézvén, 's olvasván e' nehéz munkádat,
Bámolom szorgalmad; 's hogy újra hazádat
Gazdagítod tudós eredet könyveddel,
Az ásványországból, — köszönetem vedd el!
Három eredeti nagy dolgot találok
Munkádban, a' mit most im előszámlálók:
Első, hogy megmondod az ásványneveket
Diákul mint szerzék; és eredeteket
Fejted, magyarázod sok nyelvű szerzőkből,
Tizen négy nemzeti régi nyelv költőiből.
Ügymint; Görög, Diák, Francz, Anglus, Olasz, Tót,
Cháldeai, Persa, Zsidó, Szerecsen szót,
Arabs, Indiai, Német, Svecus nevet
Hányszor nem vizsgálsz itt? Ez rád déli fényt vet!
Írod a' vizeknek, és tartományoknak,
Ásvány találóknak, 's régi városoknak,
Völgyeknek, hegyeknek, híres szigeteknek
A' nevek hogy szolgált névül az érezeknek,
Így vitte azt véghez állhatatosságod,
Nyelvben, tudományban való jártasságod,
Hazádhoz különös vonzó szereteted,
'S tudományt terjesztő nemes természeted;
Hogy többé nem lesz az ásványtudományban
Olyan név, melyet ne értsen valójában
Tanító, tanuló, Magyar, Tót, Francia,
Német, Olasz, Anglus, — 's egész világ fia.
Pedig ez a' hiba, óh fájdalom! megvált,
Mert e'dig mint szajkó itt minden csak úgy szólt.
Másik az, hogy Magyar nevet csinálgattál
Minden ásványoknak, 's nekünk kinséssel attal.
Mert ezer és ötszáz nyölezvén hat új névvel
Gazdagodott nyelvünk e' könyvnek létevel.
Ásványtudományok csak a' Magyaroknak
Lehet most már olyan, mint nintsen másoknak.
Mivel minden ásványt egy nemzet sem nevez
A' tulajdon nyelvén, és csak a' Magyar ez.
Ha e'ről igazán meg akarsz győzetni;
Úgy csak ezt a' munkát szükség nézegetni.
Harmadszor, kifejted azt a' Németeknek,
Hogy számos rossz nevet adnak az érezeknek.
Német érez név ötven 's kilencz léven olyan,
Hogy egyben két, három, és több értelem van.
Ezeket a' munka végén megláthatod,
'S magyarázatjokat ottan olvashatod.
De mind ezekkel is meg nem elégettél;
Még a' toldalékba hat könévtárt tettél.
Ügymint: Olasz, Svecus, Anglus köneveket,
Muszka, Francz, és Danus ércznevezeteket.

Ezeket Diákul a' szerént titted ki,
 A' mint azt az ásványírókból szetted ki.
 E' teszi munkádat oly közönségessé',
 Hogy Európában még lehet híressé.
 Ezt az egész munkát a' Magyarért titted,
 'S örökre felmarad ezen nemes titted.
 Mert most a' Magyar nyelv úgy felemelkedett,
 Hogy nyolcz legfőbb nyelvek közzé kerekedett.
 Sőt majd személyesen mehet Russiába,
 Német, Olasz, Schweiczer, Holland országába,
 A' tengereken túl a' tudós Anglushoz,
 Ama híres, nemes Danushoz, Svecushoz.
 Bedugtad a' száját az egész világnak,
 Kivált a' gúnyoló szomszéd tudósságnak,
 Hik a' Magyar Írót csak dallra szoríták,
 Legfeljebb fordítók közzé igazíták.
 Mert Te eredeti munkát bocsájtasz ki,
 Pedig most ez csuda, ha teszi valaki,
 A' tudományoknak akár mely ágában,
 A' munkás, és tudós, böles Európában.
 Hérem a' szerencsét élted úgy vezesse,
 Hogy lelked a' munkát tovább is győzhesse.

írta Baracsán T. Ns. Fejér Vármegyében, 1812-dik Esztendőben,
 KAZAY ISTVÁN, T. N. Fejér, és Több Vármegye Táblabírája.

II.

Századaink között a' tizenhetedik
 Calepinusával büszkén dicsekedik,
 Ki Lexiconával köz fényre kikelvén,
 Tizen-egy nemzetnek szállamlott-meg nyelvén.
 'S im HOVATS MIHÁLYUNK' Ásványi Szótárja
 Calepinus fényét homály alá zárja;
 Mert itt ötten több nyelv szöll, ugymint tizen-hat,
 'S származásaiba mindenik mélyen hat.
 Ott a' jelentésnek csak egy nyelv vezére,
 Itten kilencz szolgál a' szók segédjére.
 Eredeti munkát amannak alkatán
 Csak etymonjával éreztet a' Latán:
 Itten a' mi Önnön, a' mi Eredeti,
 Nyomdokát a' szembe többképen tünteti.
 Itt Svédnek, Magyarnek, Németnek, Taljánnak,
 Francznak és Svecusnak, Angolnak és Dánnak
 Ásvány nevei is fel vannak számítva,
 HOVATS által illön, helyesen fordítva.
 Egy szóval a' Külföld illy munkát még nem tett.
 Legyen áldott Isten, ki Magyar t teremtet!

SZEMEREI SZEMERE PÁL.
 Tettes Pest Vgyének Al-Ügyésze.

LEXICON
MINERALOGICUM TRIGLOTTUM
ETYMOLOGICUM
LATINO MAGYARICO GERMANICUM

PRIMUM.

AUCTORE

MICHAËLE KOVATS,

**MEDICINAE DOCTORE, INCLYTAE FACULTATIS MEDICAE
REGIAE SCIENTIARUM UNIVERSITATIS HUNGARICAE
PESTHIENSIS COMMEMBRO.**

I. PARS.

PESTHINI,
TYPIS NOBILIS JOANNIS THOMAE TRATTNER.

1822.

Avia — — — — peragro loca, nullius ante

Trita solo.

Lucret. de Rer. nat. L. IV. v. 1.

— — Tres numerus super omnia.

Auson. Griph. v. 52.

P r a e f a t i o.

Nomenclaturarum mineralogicarum Latinarum, et Latina civitate donatarum permultas haud intelligi, experientia constat. Nullum autem ad hunc usque diem Lexicon Mineralogicum Etymologicum publici iuris factum esse scio. Culturam itaque mineralogiae essentiali hoc defectu laborare negari nequit. Cognomina etenim mineralium sensu carentia, nec de patrio solo, nec de qualitate eorumdem sensibili instruentia, non minori difficultate, et taedio memoriae mandari queunt, ac vocabula Indico-Barbara, psittacorum vociferationi assimilia, Philosopho indigna, scientias a fonte repetere satagente viro non nisi cum erubescencia enancianda.

Haec illa est ratio, hoc incitamentum illud, quod me eo impulit, ut obiebus in interpretatione attactarum nuncupationum semet cumulativè oggerentibus non pensis, spretaque laboris mineralogica difficultate, ingratisimae, et siccissimae originationi cognomentorum mineralogicorum, hodie in systematibus mineralogicis usu receptorum, me accingerem, nihilque intentatum relinquere, quid quid me ad etyma dictorum cognominum deducere quiret.

Instituti itaque mei rationem presso pede prosequutus, in primis excerpti nomenclationes mineralium ex Systemate Mineralogico Esperii, et Werneri, passim aliis quoque nuncupationibus fossilium, apud antiquos celebrioribus, adnexis. Tum hanc struem, ex mille quingentis sexaginta duobus cognomentis fossilium coactam, prae oculis locavi. Dein lustrando eam catervam nuncupationum, ex iis intellectu obscuriores cunctas selagi. Tales quadringentas reperi. Harum congeries est cento, ex variis lingvis Europaeis, Asiaticis, Africanis, contextus. Dantur quippe in hae voces plurimae Graecae, Latinae, Italicae, Anglicae, Gallicae, Germanicae, Svecicae, Slavicae, Chaldaicae, Hebraicae, Arabicae, Aethiopicae, Persicae, Indico-Barbarae originis, qualitates sensibiles fossilium exprimentes. Accedunt huic farragini nomenclaturae mineralogicae patronymicae, duplicis generis. Aliae utpote a natali solo, aliae vicissim ab inventoribus, fossilium, inditae. Harum prioris generis a nominibus fluviorum, urbium, camporum antiquae et novae Europae, Asiae, Africae, et hodiernae Americae derivantur: posterioris vero generis ab antiquiorum, et recentiorum

rum mineralogorum, chemicorum, naturae scrutatorum, itineratorum cognominibus deducuntur. Quarumdam harum nomenclationum antiquitas superat ter mille annos, aetatem Moisis, coëtanum scriptorem non habentis. Patet hoc Exod. 28. 18. et 20. Namque loco citato occurrunt Sapphiri et Jaspidis cognomina, hodie quoque in mineralogia usitatae, et notae gemmarum nomenclaturae. Quis ideo inficias ibit? horum pretiosorum lapidum nomina iam ante Moisis tempora usitata fuisse. Finis talium nomenclationum mineralogicarum nondum est, cum hodie quoque continuo nova atque nova fossilia mineralogi detegendo, novis adaeque semper appellationibus eorum indigeant.

Singularum dictarum obscuriorum nomenclationum etymologiam, et sensum, ex lexicis, et auctoribus antiquis, recentioribusque, erui, taliterque enatas significationes, et sententias, additis auctorum nominibus, in breve argumentum vel lemma redegi, quod tandem termino mineralogico obscuriori subiunxi.

Ut vero manifeste pateat, argumentum laudatum ex mente auctorum, et lexicorum me hausisse: minoribus characteribus, asterisco notatis, ad calcem lemmatum immediate adieci fontes, seu nomina, loca, verba ipsorum auctorum, et lexicorum, ex quibus argumenta condidi.

In elaborando hoc opere usus sum viginti sex lexicis, et centum septem auctoribus, ordine alphabetico sequentibus:

Aelius Dyonisius,	— in Arat. — Tusc.	Hedericii Lexic. Graec.
Aur. Viet.	— de Orat. — pro	Herodotus,
Ammianus,	Flacco, — ad Famili-	Hesiodi Opera — Or-
Angelus Decembrius,	liar.	pheus Argonautica,
Blancardi Lexic. Medicum,	Columella,	Hymni, et de Lapidibus.
Bochart. Hieroz.	Crusca Lexic. Italic.	Hesychii Lexic. Graec.
Boëthius,	Curtius,	Homerus,
Boehmeri Lexic. Herbarium,	Dalecampius in Nat. ad Plin.	Horatii Carm. — Epod.
Borrichius,	Dioscorides,	Horváth Physica,
Broukh. ad Tibullum,	Ennius,	Hübneri Lexic. Geogr.
Caelii Aurel. Chronicon,	Festus,	Ihre Lexic. Suiogothicum,
Calepini Lexic. Sept. Lingvarum,	Flathii Lexic. Gallic.	Joachim. Camerarius,
Celsus,	Florus,	Justinus,
Cerda ad Virgilium,	Frisch Lexic. Germ.	Juvenalis,
Cicero de Nat. Deorum — Philippic. — pro Lege Manilia, — in Somn. Scipion.	Gesneri Thesaur. Lex. Etymol.	Iselini Lexicon,
	Glossar. Vet.	Isidorus,
	Glossa Philoxeni,	Krünitzii Lexic.
	Golii Lexic. Arabicum,	Linn. Systema Vegetab. — Regn. Lapidum Linn. Gmelin,
	Gratius,	

Liuius,	Plato de Legibus,	Svetonius,
Lucianus,	Plinius Secundus,	Suidas Lex. Graec.
Luciani de Electro et	Pommai Lexic. Gallie.	Tacitus,
Cynis Libellus,	Pomponius Mela,	Taubmann ad Plaut.
Lucretius,	Priscianus,	Tertullianus de Car-
Macer,	Propertius,	ne Christi,
Martialis,	Prudentius,	Tibullus,
Marcianus Ictus,	Reinesius,	Tonka Szászky Geogr.
Martianus Capella,	Reisinger Anorgan.	Turneb. Advers.
Mathesius,	Reissii Lex. Min.	Theocritus in Phar-
Ménage,	Rhod. in Lexic. Scri-	maceutria,
Nævius apud Festum,	bonii,	Ulitius,
Nonius,	Richter Lex. Min.	Ulpianus,
Nouveau Dictionaire	Salmasius in Solin.	Valerius,
Franc. Allem. Latin,	Scaliger Jul. — Jos.	Varro,
Olear. Itinerar. Pers.	filius,	Vegetii Mulo Medi-
Onomatologia Me-	Scapula Lex. Graec.	cina,
dica,	Scribonii Lexic.	Veneroni Lex. Italic.
Orto de tutela viarum,	Senec. Herc. Oet. —	Virgilii Aeneid. —
Ovid. Metam. — Fast.	Epist. — Quaes. Nat.	Georgicon,
Pallad. Jul. 5.	Seren. Sammon.	Viri Docti ad Grat.
Pallad. Mai.	Sulpitius Servastus	Vitruvius,
Perottus,	in Catalect. Scali-	Vossii Lex. Etymolog.
Philander ad Vitruv.	geri,	Vulgat. Interpres,
Plauti Pers. — Men. —	Statius Sylv. Achill.	Wachter Glossar. Ger-
Poen.	Strabo,	manicum.

Ad nomenclaturas mineralogicas obscuriores pertinent etiam illae, quae erronee sunt descriptae, vel contra orthographiam peccando, ut Amianthus, pro Amiantus; vel ipsam vocem proprie depravando, ut Spissa, pro Pissa, *πισσα*, Graeco; quod duodecies in Espero, quid quod hodie passim apud alios etiam mineralogos, occurrit. Taliter mendosas nomenclaturas mineralogicas centum numero inveni. Has omnes correxi, atque errorem, et erroris auctorem in parenthesi, immediate post nomenclaturam ipsam, notavi; inferius vero in argumento errorem etymologice demonstravi; et ad calcem lemmatis fontes argumenti, minoribus characteribus scriptos, fideliter citavi.

Ni fallor, haec fuere momenta, quae omnium nationum eruditos ad haec usque tempora morabantur, quin interpretationem obscuriorum nomenclaturarum mineralogicarum Latinarum, vel potius Latina civitate donatarum, suscipiant, operique huic utcumque inprobo, manus admoveant. Ipse ego multum, et diu angebar, donec penso huic arduo me devovere ausus fuerim. Imo si verum fatendum sit, in principio dubius haesi, an unquam scopum attin-gam. Nemo facem praetulit, nemo viam monstravit, nemo filum Ariadnaeum subministravit. Quater opus meum repudiavi, et totidem vicibus denuo pugnam renovans, varias atque varias vias in-

gressus, demum tamen non cedendo malis, supra omnem spem voto potitus sum. Tantaе molis hae lucubrationes fuere! et auctore Josepho Scaligero, omnes poenarum facies hic labor unus habuit!

Non dubito fore aliquos, qui hoc genus scriptionis, velut compilationis duntaxat acervum: levidense censeant. His, inprimis, magni et eruditi mei olim Praeceptoris Stephani Szentgyörgyi (in Praefat. Theolog. Nat.) verbis repono: „Sim compiler, plagiarius, dum proxim., Dein, qui Lexicon hoc quoquo modo carpserint, meminerint, se una opera Gesaeri quoque Thesaurο, Vossii Lexico Etymologico, Septem Lingvarum Galepino, et eunctorum Lexicographorum Etymologicorum operibus, dignitatem derogare. Denum placet hic revocare in memoriam facetum Christophori Columbi factum, qui aulicos convivas, suam Americae detectionem extenuantes, ad rem longe minorem, quippe ad id, provocavit, ut ovum in orbe, apice erigerent. Hoc, iis incassum diu tentantibus, cum minime successisset, ipse ovum superficiei mensae fortius allisum erexit, sicque sciolos epulantes confudit.

Sed ut revertar, unde digressus sum; posteaquam quingentarum Latinarum, vel potius Latina civitate donatarum obscurarum nomenclaturarum mineralogicarum etymologiam, et significationem detexisse mihi successisset, vidi, me optimam occasionem nactum fuisse, operaeque pretium, imo meae obligationis, esse, linguae quoque patriae dulcissimae meminisse. Ideirco omnia dicta- quingenta obscura cognomina fossilium Magyarica quoque interpretatione ditavi; quid quod ut operis dos augeatur, Germanicas, et Linnaeo-Gmelinianas nuncupationes Latinas quoque ubique addidi.

Durissima superando, spes mihi affulsit, tale Lexicon Mineralogicum Latino Etymologico Magyarico Germanicum nunc iam nullo negotio conscribere posse, quod comprehenderet omnes nomenclaturas mineralogicas Latinas, Magyaricas, Germanicas, Linnaeo Gmelinianas Latinas, ad completum systema mineralogicum sufficientes. Ideo reliquas quoque mille sexaginta duas, facilioris interpretationis nomenclaturas mineralogicas Latinas in opus meum adoptavi, easque similiter Magyaricis interpretationibus, et Teutonicis, Latinisque Linnaeo Gmelinianis nomenclaturis, auxi.

His factis, universas mille quingentas sexaginta duas nomenclaturas Latinas in ordinem alphabeticum redegei, atque post singulas, ubi necessum fuit, in parenthesi, orthographiae, vel vocis depravatae correctionem: dein Magyaricam interpretationem: porro Germanicas nomenclaturas: postmodum nuncupationem Latinam Linnaeo Gmelinianam: demum argumentum seu lemma etymologicum: scripsi. Itidem a capite incipiendo, minoribus characteribus, asterisco notatis, nomina, loca, verba auctorum, et lexicorum fideliter addidi; et sic prima pars lexici huius est comparata; quam

veram historiam philosophicam scientiae Mineralogicae continere, in aprico est.

In opere hoc adornando Vossii, Gesneri, exempla secutus sum, tamquam virorum in hoc genere scribendi laudatissimorum.

Ut vero interpretationes meae, et etyma mea, tanto sint certiora, nec ullibi forsitan cum ipsis fossilium qualitatibus sensibilibus pugnent: ea propter contuli illa cum ipsismet minerarum, hic in Museo Nationali Hungarico existentium, speciminibus.

In titulo huius Lexici, et passim in ipso opere etiam, voce, Magyaricum, usus sum. auctore Paulo Nagy de Beregszász, Professore; qui in Dissert. Philolog. de Vocab. derivat. ait: „ut alias, ita et nunc ubique in hoc opusculo nomen Magyarus loco Hungarus adhibui. Sed hoc neminem offendet, qui cogitabit, id esse Nationi nostrae proprium, quod pueri, simulac loqui coepimus, a Parentibus nostris, contra Hungarus esse nomen peregrinum, quod adultiores iam, cum, et ex Latina lingua, discimus. vid. l. c. Praef. XII. pag.“

Ingratus essem, si doctos viros, simul amicos meos in paucis eharos, qui ad opus hoc exantlandum perficiendumque, efficacia mihi subsidia faciles et prompti prae buerunt, silentio dissimularem. Certe Spectabilis Dominus Martinus Schwartzner, AA. LL. et Philosophiae Doctor, in Regia Hungarica Scientiarum, quae Pestini e. t. Universitate Diplomaticae et Heraldicae Professor Publicus, Bibliothecae Eiusdem Universitatis Custos Primarius, nec non II. Comitatum Pesth, Pilis, et Sölth articulariter unitorum Tabulae Judicariae Assessor, ex Universitatis Bibliotheca, requisitos mihi ad scopum operis huius libros, fidelissime, omnique cum alacritate, atque amicitia subministravit. Sic etiam Sp. D. Ludovicus Schedius, AA. LL. et Philosoph. Doct. in laudata Scientiarum Universitate Regia Hungarica, Aestheticae atque Elegantiorum Artium Prof. Publ. Complurium II Comit. Tab. Jud. Assessor, Universitatis Gracoviensis Membrum Honorarium, Societ. Reg. Scient. Göttingensis Correspondens Membrum, et Latinae Jenensis Socius, ac Facultatis Philosoph. in Univers. Reg. Hung. Pestiensis Pro-Senior; non secus Sp. D. Andreas Petrasovics, J. U. D. et Curialis Advocatus, pluribus Lexicis, et auctoribus antiquis, ex sua rara, et ubere Bibliotheca amicissime mihi providebant D. Sp. Joannes Reisinger Med. et Chir. Doctor, in Regia Scientiarum Universitate Hungarica Pestiensis Mineralogiae, et Zoologiae Professor Publicus Ordinarius, et Musei Rerum Naturalium Praefectus, in plurium nomenclationum mineralogicarum etymis evolvendis me lubentissime iuvit; quod ipsum eruditus Schwartzner, atque doctissimus Schedius quoque semel atque iterum cum maxima comitate fecerunt. D. Sp. Jos. Baranyay, Celssissimi Principatus Estethazyani Curialis Fiscalis, pro suo in promovendas res praecla-

ras eximio studio, et sua erga me sincera amicitia, Patronum huic operi comparavit.

Ne vero quispiam opus hoc eôpse defectus arguat, quod descriptiones, et usus fossilium in eo desiderentur: sciat, id de industria factum esse. Nam enimvero hoc ab etymologicis Lexicis alienum haberi, Vossius, Gesnerus, Calepinus, Faber, et alii lexicographorum etymologicorum celeberrimi, facto suo declarant. Sola certe etymologia sufficiens argumentum suppeditat auctori. Sed recentissimum etiam opus Boehmeri, huic affine, opitulatur mihi in hoc asserto. Etenim eius Lexicon Rei Herbariae Etymologicum ad omnia in hunc modum est conscriptum. vid. Lexicon Rei Herbariae Tripartitum Continens Etymologiam Nominum etc. A Georgio Rudolpho Boehmero Acad. Witteberg. Seniore. Lipsiae 1302.

Ad calcem operis huius quare Mantissam hexaglottam subjunxerim, in prooemio ibi loci causam assigno.

In toto vero hoc opere lingua Latina ea propter usus sum: quia idioma Romanum, in Europa nostra, universale vehiculum bonarum artium est.

An? et quid? hoc opere orbi literario prosim? iudicio aliorum committo. Mihi sat est, voluisse. Sicubi erravi, meliora doctus gaudebo. Scrib. Pesthini 1. Decembr. 1817.

Auctor.

**A Praeside I. Facultatis Medicae,
Spectabili ac Expertissimo Domino
Michaëli Kováts**

Medicinae Doctori, I. Facultatis Medicae R. Scientiarum
Universitatis Commembro. Domino colendissimo.

Ex Officio.

Pesthini.

Spectabili ac Expertissimo Domino Michaëli Kováts
Medicinae Doctori, etc. Domino Colendissimo S. P. D.
Andreas Pfisterer C. R. Regni Protomedicus, Prae-
ses ac Director Facultatis medicae. m. p.

Lexicon mineralogicum latino-etymologicum etc. permulta
diligentia a Te elaboratum, Spectabili ac Clarissimo D. Joanni
Schuster sine faciendae censurae illico transposui, — qui mihi
idem die 26 ta Maji a. c. ea cum opinione submitit, quod illud
omnino cum laude, et utilitate Publici Typis vulgandum fore
existimet. Quare Tibi vir Spectabilis ac Expertissime ea cum de-
claratione hoc eruditionis, et industriae tuae Paradigma remitto;
ut illud quo ocyus Typis vulgare velis. Vale! Budae die 27-ma
Maji, 1818.

Ad Spectabilem, et Experientissimum Dominum, Dominum
Michaëlem Kováts, AA. LL. et Medicinae Docto-
rem etc. Tit. Amicum suum in paucis dilectum, co-
lendumque.

Insuetam prodire foras, mirabere forsán,
Musam, ad Te alterno quae pede clauda venit.
Illa excita salit mérito ad Tua Lexica plausu,
Nullius ante manu trita, vel ingenio.
Libera sparta Tuo quippe est delecta labori;
Et laus perfectae, solius inde Tua est.
Cum sua Possilibus tribuissent nomina prisci,
Nomina non uno condita saepe modo;
Nullus, qui vocum genuinos significatus,
Atque potestates explicuisset, erat;
Non, etyma, et causas qui nominis evoluisset;
Dictaque cur isto est quaeque minera sono.
Scilicet ista Tuas mansit provincia curas;
Et nomen late proferet ista Tuum.

Primus enim Tu vim ejusvis vocis, et ortum,
 Atque etymon, clara cum ratione, notas,
 Et modo multiplicis radicem ab origine lingvae,
 (Observo lingvas quatuor, atque decem)
 Natalivae dein Solo, et Inventoribus, atque
 Causis praeterea ducis ab innumeris. —
 Ast, quod praecipuum est, Patriam, quae scilicet una
 Naturae cunctis eminet aucta bonis,
 Has quoque divitias nativae idiomate lingvae
 Appellare (nec est res ea parva) doces.
 Jam, quod dissideant, nihil est, de nomine, docti:
 Jam fixa est voci notio cuique sua.
 Jamque suae telluris opes, et fossile quodvis,
 Quaeve soli venis, presserat, orta, pede,
 Hungarus, eloquio gentili reddere certus,
 Omnia nativa voce referre sciet.
 Munere pro tanto meritas Tibi reddere grates
 Gestiit exultans his mea Musa, Vale!

Pesthini, die 18-va Febr. 1822.

Andreas Petrásovics m.p.
 J. V. D. et Curialis Advocatus.

In Mantissam Lexici Novem Linguarum Mineralogici,
 Doctoris Michaëlis Kováts.

Ergone Fossilium, quae vulgas, Lexica primus
 Non sat erat Linguis absoluisse tribus?
 Debueras his adhuc ternas superaddere, sic, ut
 Ter ternis totum perficeretur opus.
 Haec est nimirum docti contentio coetus,
 Ut nec scire putet, ni sciat alter idem.
 Virtuti hoc proprium, cunctis prodesse studere,
 Qua pote sit, nulli cum nocuisse velit.
 Perge igitur, pro more Tuo, Publico utilis esse,
 Docte Faber, *) Libros cudere perge novos.

Pesthini 13-tia Maji 1822.

Petrásovics m.p.

*) Faber, Hung. Kováts, Auctoris cognomen.

A' Szerzőnek kijött Munkái.

1. Az Emberi Élet Meghosszszabításának Mestersége. Íratott Kristof Wilhelm Hufeland Orvos Doktor, és a' Jénai Fő-Oskolában az Orvosi Tudománynak Hendszerint való és Hőzőnséges Tanítója által. — Most pedig Német Nyelvből Magyarra fordított, a' nehezebb helyeken megvilágósított, alkalmatosság szerint a' Magyar Hazára szabott, néhol pedig meg bővített Hováts Mihály Orvos Doktor által. Nyomtatott Pesten. Trattner Mátyás betűivel 1798 Esztendőben. I. Rész áll 271 lapból. II. Rész áll 259 lapból. Elfogyott.
2. Az Ember Élete Meghosszszabításának Mestersége. Írta Hufeland Kristof Wilhelm Orvos Doktor, és a' Jénai Fő-Oskolában az Orvosi Tudománynak Hendszerint való Hőzőnséges Tanítója. — A' Második Kiadás szerint fordította, a' nehezebb helyeken megvilágósította, alkalmatosság szerint a' Magyar Hazára szabta, sok helyeken pedig meg bővítette Hováts Mihály Orvos Doktor. — Nyomtatott Pesten Trattner Mátyás, és Patzkó Ferentz betűivel. 1799. Esztendőben. I. Rész áll 368 lapból. II. Rész áll 480 lapból. Elfogyott. Most készül új kiadás.
3. Szükségben való és Segedelem Tábla a' vízbe fült, megfagyott, felakasztott emberekre, és holtan születni látszott kisdedekre nézve. Melyet Magyarúl kiadott Hováts Mihály Orvos Doktor. Nyomtatott Pesten Trattner Mátyás betűivel 1798 Esztendőben. — Szükségben való és Segedelem Tábla a' veszett-kutya harapásról, a' mérgekről, a' falatnak gégében való megakadásáról, gőz miatt való megfúlásról, 's a' t. Egy veszett-kutya rézre met-szetett képével. Nyomtatott Pesten. Trattner Mátyás betűivel. 1798. Esztendőben.
4. A' Gyenge Élet Meghosszszabításának, és a' Gyógyíthatatlan Nyavalyák Húzásának Mestersége. Írta Struve Herestely Ágoston, Orvos Doktor. — I. Rész. A' Tehénkilisegről való Tanítással, és sok Tudósok' Értelmekkel meg bővítve; áll 372 lapból. II. Rész. Hufelandnak az Anyákhoz a' gyermekek neveltetésekről való Jó Tanácsával, és Hantnak az Elme ereje által a' Nyavalyáknak El-lentállhatásról való Tanítással meg bővítve; áll 288 lapból. III. Rész. A' Gálvánozás és Darwin Tudományával meg bővítve; áll 400 lapból. Nyomtatott Pesten. Trattner Mátyás betűivel. 1802 Esztendőben. Találtatik Pesten a' Szerzőnél, és His József Könyvárosnál.
5. Chemia vagy Természet Titka Gren Fridrik Albert Korlát Dok-tor szerint. Magyarúl legelőször írta Hováts Mihály Orvos. I. Darab; áll 180 lapból. II. Darab; áll 215 lapból. III. Darab; áll 133 lapból. IV. Darab; áll 232 lapból. Nyomtatott Budán. Landerer Anna betűivel. 1807. Esztendőben. Találtatik Pesten a' Szerzőnél.
6. Allati Mágnesség Mérőserpenyűje. Szerzé Hováts Mihály Orvos Doktor, a' Magyar Királyi Pesti Tudomány Mindenségbeli Orvos Tehetségnek Tagja. Pesten. 1818. Paczkó Ferencz József betűivel. — I. Serpenyű. Hírtet az Allati Mágnesség Áll-Báját az Egészség és Lélek-Tudomány Törvényeiből kimagyarázni. Szerzé Eschenmayer K. A. Tübingi Tanító. Stuttgartban és Tu

- binghen. 1818. Forditá; Toldalékkal meg bővíté Kováts Mihály Orvos Doct. 's a' t. — áll 174 lapból. — II. Serpenyű. Kováts Mihály Orvos Doctor 's a' t. Megvizsgálja és Megezőfolja Eschenmayer H. A. Tübingi Professornak Állati Mágnességről való Munkáját, és a' Toldalékok. — áll 254 lapból. Találtatik Pesten a' Szerzőnél és Kis József Könyvárosnál.
7. A' Hirtelen Halál Veszedelemiben való Segedelem. Első Tábla. — Második Tábla. Szerzé Kováts Mihály Orvos Doctor és a' Tekintetes Nemes Magyar Királyi Pesti Tudomány Mindenség Orvos Tehetségének Tagja. — Pesten. Trattner János Tamás be-tűivel. 1830. Találtatik Pesten a' Szerzőnél.
8. Rettungsmittel in plötzlichen Todesgefahren. Herausgegeben von Michael v. Kováts, der Arzeneygelahrtheit Doctor, Mitglied der Medizinischen Facultät an der Königlichen Pesther Universität. — Erste Tafel — Zweyte Tafel. — Pesth, gedruckt bey Johann Thomas v. Trattnern. 1830. Találtatik Pesten a' Szerző-nél, a' ki lakik a' Zöldkert (Kohlbacher) Utczában, 500-ik Szám alatt.

E r r a t a.

mit einem e, *lege*: mit einem e, *vid. Lex. Min. Latino Magyar-icum pag. 49.*

Cobaltum Ochr. Rubr. Ferreum, *lege*: Terreum *vid. Deutsch Lat. Min. Wörtb. pag. 13.*

Gagas Lithanthrax Piceus, *lege*: Gagas, Lithanthrax Piceus, *vid. Deutsch Latein. Min. Wört. pag. 15.*

pentaglottam, *lege*: hexaglottam, *vide, Mantiss. pag. III.*

quia hanc praecedenti, *lege*: quia eam praecedenti, *vid. Mantis. pag. III.*

Argent leucopyritacée, *lege*: Argent leucopyritacé, *vid. Lex. Min. Gallic. Latinum, pag. 9.*

Dolomieux, *lege*: Dolomieu, *vid. Lex. Min. Gallic. Latinum, pag. 12, et 13.*

Chaux le plombe, *lege*: Chaux de plombe, *vid. Lex. Min. Gallic. Latinum, pag. 14.*

Mine d' plomb, *lege*: Mine de plomb, *vid. Lex. Min. Gallic. Latinum, pag. 29.*

Mine de mercur, *lege*: Mine de mercure, *vid. Lex. Gallic. La-tinum, pag. 29.*

Lexicon Mineralogicum.

Latino Magyarico Germanicum.

ACHATES: *Achati, Drillöi.* Achat, Linn. Gm. gen. 58. Porphyrius Achates. — Achates, ἀχάτης: Quae ex fluvio Achates est. Est cognomen fluvii in Sicilia, nunc *Drillo* appellati, iuxta quem primum gemma, hodie achates nominata, inventa est. Haec nomenclatura facta est metonymice, continens pro re contenta sumendo. Huiusmodi nuncupationis mineralogicae specimina vide in: GAGAS, ALBASTRUM, CRETA, ALKALI, SAPPHIRUS, MALTA.

*) Plin. 37, 10. Achates magna fuit auctoritate, nunc in nulla est. Reperta primum in Sicilia, iuxta fluvium eiusdem nominis: postea plurimis locis, excedens amplitudine, varietatibus numerosa, multa et cognomina eius. Isidor. 16, 11. Achates reperta primum in Sicilia, iuxta flumen eiusdem nominis, postea plurimis in terris.

Adel. Lexic. Der Achat. — Der Deutsche Name rühret aus dem Griechischen ἀχάτης her, welches der Name eines Flusses in Sicilien war, der jetzt *Drillo* heisst, und an welchem die ersten Achate gefunden worden. Hieraus erhellet, dass die Schreibarten Agat, und Agath unrichtig sind, wozu die Verwechslung mit dem Agtsteine, und Gagat, wohl auch das ihrige beygetragen haben. Hübner. Lex. Leipzig. 1789. Drillö, Achates. Fluss in Sicilien, im Val di Noto, welcher sich in das Afrikanische Meer ergiesst.

Pars I. Lex. Min. Etym.

ACHYROLITHUS: *Polyvakö, Isekkö.* Bern. Spreustein. Echaumacher, Bergmannit. Hausmann, Zästriger Wernerit. Hany, Bergmannit. Achyrolithus, ἀχρόλιθος, paleae, vel stramento similis lapis. Est graecanicum, compositum ex ἀχρος, palea vel stramentum, et λιθος, lapis. Denominatio est metaphorica, quia fractura eius est fibrosa, fibris tenuissimis fasciculatim vel stellatim divergentibus, raro intricatis. Vid. Anorganogn. Reisinger.

ACIDUM BORACIS: *Mosó-Savany.* Cassolin, Borarsäure, Natürliches Sedativsalz. Linn. Gm. 63. sp. 1. — Boracis genit. a BORAX quod videsis.

ACTINOTUS: *Súgáros.* Strahlstein, Strahlsteinart, Strahlstein. Actinotus, ἀκτινώδης: Radiatus. Graecum adiectivum, substantivi loco positum, subintelligendo λῖθος, derivatum ab ἀκτινός, radiis corusco, hoc vero ab ἀκτιν, radius.

*) Gesn. Thes. Actinosus, ἀκτινώδης: Radiatus, coruscans, ut: Ecclesia actinosa Ambrosii. De Interpr. Dan.

ACTINOTUS ASBESTIFORMIS;
ACTINOTUS FIBROSUS: *Eggetelen-képű Súgáros, Kanosos Súgáros.* Asbestartiger Strahlstein, Actinote Aculaire. Linn. Gm. gen. 4. sp. 1. fibrosus. — Asbestiformis, vid. ASBESTUM.

ACTINOTUS FIBROSUS, vid.

ACTINOT. ASBESTIFORMIS.

ACTINOTUS VITREUS: *Uveg-sügáros*. Glasartiger Strahlstein, Glasartiger Asbest, oder Amiant, Federamiant, Federweiß. Linn. Gm. Asbest. 5. fragilis. Actin. sp. 5. vitreus. — Vitreus; metaphorica denominatio.

ACTINOTUS VULGARIS: *Köz Sugáros*. Gemeiner Strahlstein, Grüner Strahlschörl, Strahliger Schörl, Nephrenstein, Grotzkingslicher Strahlstein (Asbestinit, Asbestoid, Schörlartiger Actinolith, nach Kirwan). Linn. Gm. Actin. gen. 4. sp. 2. vulgaris.

ACUANI, vid. FERRI PHOSPHORIC. ACUANI.

ADAMANTINUS: *Gyémántos*, *Szelidithetetlenes*. Diamantspath, Chinesischer Corund. — Adamantinus, *ἀδάμαντος*: Adamanti aequalis, Validissimus, Firmissimus, Solidissimus, Durissimus. Quod ex adamante factum est durissimum. Graecum adiectivum substantivae positum, subintelligendo *λῆθος*, derivatum ab *ἀδάμας*, Conf. ADAMAS.

ADAMANTINUS CORUNDUM: *Gyémántos*, v. *Szelidithetetlenes Korund*. — Corundum, vid. sub CORUNDUM.

ADAMAS: *Gyémánt*, *Szelidithetetlen*. Diamant. Linn. Gm. gen. 54. Adamas, sp. 1. pretiosissimus (ad Terr. Silie). — Adamas, *ἀδάμας*: Indomitus. Graecum adiectivum, substantivi loco positum, subintelligendo *λῆθος*, compositum ex *a pr.* et verbo *δαμάω*, domo. Indomitus v. indomabilis dicitur, quia si malleo superincude ictibus urgeatur, tam malleo, quam incus in frusta dissiliunt, duritia eius, nec tamen frangitur.

*) Plin. 37, 4. Incudibus hi (Ara-

bici: sex enim genera enarrat) deprehenduntur, ita respuentes ictum, ut ferrum utrinque dissulset, incudesque ipsae etiam dissiliant. Quippe duritia incnarrabilis est. — Unde et nomen, indomita vis, Graeca interpretatione accepit. Virg. Aen. 6,

552 -- solidoque adamante colum-nae, Vis ut nulla virum, non ipsi exseindere ferro Coelicolae valeant. Vossius: Adamas, *ἀδά-*

μας, dubium, sitne ab Arabibus, quibus *ألماس*, dimah, *אמיר*, dim, durare: an ab *a pr.* et *δαμάω*, sive *δαμάζω*, eo quod indomabilis: quam originem adducit B. Hieronymus in Zach. c. 7. 12. Adamas, inquit, lapis fortissimus, qui hebraice dicitur Samir, in tantum durus est, ut omnia metalla confringat, et ipse non confringatur ab ullo. Unde a Graecis *ἀδάμας* dicitur, quasi indomabilis. Praeivit ei Plinius 37, 4. Sed quod de tanta duritia praedicat Plinius, id Garcias ab Horto, l. 1. rerum Indicarum, vanum se comperisse ait: nam et in scobem malleo redigi, et facillime confringi, atterique in mortario pistillo ferreo. Idem quoque vanum se expertum scribit, id quod paulo post subiicit Plinius, de hircino sanguine.

ADULARIA, FELDSPATHUM

LUNARE: *Adulai*, *Höld Mezejegezet*. Opalifirender Feldspath, Mondstein, Adularia, Beylonischer Opal, Fischeug. Linn. Gm. Feldspathum gen. 51. sp. 4. lunare. — Adularia: Quae de monte Adula est. Adiectivum possessivum, substantivi loco positum, subintelligendo, gemma, derivatum ab Adula, cognomine montis Germaniae v. potius Helvetiae, Rheno originem praebentis. Causa denominationis est, quod ibi haec gemma primum inventa sit.

*) Adular — Seinen Nahmen führt er, von einem Berge Adula. Richter Lex. Min. Adularia —

Auf alten Gängen in Urgebirgen, vorzüglich dem St. Gotthardt, Tyrol. Esp. Min. Adularius, a, um. Adiect. ab Adula. Adula mons Germaniae, unde Rhenus oritur, etc. Gesner Thesaur. Adula Gebirg in der Schweiz, in Orient vom S. Gotthardt, der Luckmannner, Crispalt, und Vogelberg sind Theile desselben. Er enthält eine Quelle des Rheins. Hübn. Lex.

AEDELITES, vid. **ZEOLITHUS RUBER OCCIDENTALIS**.

AEROLITHUS, METEOROLITHUS: *Levegőkő, Levegőkő, Levegőkörkő, Levegőkörkő, Egikő, Egkő, Menyércz. Felmenőkő. Meteorstein, Aërolith.* — Aërolithus, ἀερολίθος; Lapis ex aëre delapsus. Graecum substantivum, compositum ex ἀήρ, aër, et λίθος, lapis. Meteorolithus, μετεωρολίθος: Lapis astralis. Graecum substantivum, compositum ex μετεωρον, id quod sub astris fit, et λίθος. Utraque nomenclatura hoc fundamento nititur, quod credatur, hunc lapidem ex aëre decidere. Talis lapidis eminens specimen existit hic in Museo Nationali, ex Comitatu Sárosiensi advectum.

AERUGO: *Kékkő, Részrozdakő, Grisván.* vid. sub **CUPR. OCHRAG. MALACH. SERICEUS**.

AETHIOPS MINERALIS, vid. **HYDRARGYRUM AETHIOPS. AETITES**, vid. **FERR. OCHRAG. ARGILLAC. RENIFORME**.

AGALMATOLITHES (non Agalmatholithes, ut Esper scribit): *Képkővecs. Agalmatolith, Bildstein, Chinesischer Speckstein, Seifenstein.* — Agalmatolithes, ἀγαλματολίθης: Lapillus imaginem referens. Graecum substantivum, compositum ex ἀγαλμα, imago, et λίθς, vel λίθας,

lapillus, diminutivum à λίθος. Nomenclatura metaphorica.

AGALMATOLITHES DIAPHANUS: *Altallátzó Képkővecs.* Durchscheinender Agalmatolith. — Diaphanus, διαφανός, v. διαφανής; Pellucidus. Graecum adiectivum, derivatum à διαφαίνω, pelluceo. Conf. **TRIPHANE**.

AGALMATOLITHES OPACUS: *Setét Képkővecs.* Undurchsichtiger Agalmatolith.

AGARICUS MINERALIS, FARINACEA CALCARIA (non Calcareia, ut Esper scribit), **LAC LUNAE, CRETA FARINACEA**: *Ásvány Egri, v. Galócza, Liszt Mész, Hold Tej, Liszt Krétai. Bergmilch, Mondmilch, Mehliger Kalk, Mehlsteine.* Linn. Gm. gen. 9. 17. Creta, sp. 6. farinacea. — Agaricus: Qui ex Agaria, v. Agria est. Adiectivum patronymicum; substantive positum, subintelligendo fungus, derivatum a cognomine regionis v. fluvii eiusdem regionis, Agaria v. Agria, nuncupatorum. Ratio nomenclationis est, quod fungus Agaricus in Agaria provenisse tradatur. Calcareus, non Calcareus, reperitur in probatis Auctoribus.

*) Agaricus, vel ab Agria regione Sarmatiae, in qua gignebatur, ut tradit Diosc. l. 3. c. 1. vel ab Agario eiusdem regionis fluvio, ex quo olim per Illyrium Venetias vehebatur, ut scribit Axtius de Arb. Conis. p. 68. Calcareus, a, um. Plin. 17. 9. Nuper repertum, oleas gaudere maxime cinere a calcariis fornacibus. 2. Calcareus, substantive, qui coquit calcem. Cato de R. R. 16. Perficit et coquit et ex fornace calcem eximit calcarius, et ligna conficit ad fornacem. 3. Calcaria, intell. fodina. it. fornax. Ammianus 27. 4. Calcareas exstinguere, i. fornaces. Sed Ulpian. l. 8. de poenis §. 10.

In calcariam quoque vel sulphurariam damnari solent, i. fodinam. De calcaria in carbonariam pervenire, i. de incommodo minore in maius. Tertullianus de Carne Christi.

ALABANDICA, vid. **GEMMA ALABANDICA**.

ALABASTRUM, **CALCARIUS GYPSUM DENSUM**, **GYPSUM AEQUABILE**: *Alabastromi, Sürü Fötsföld Mészkö, Egyenlő Fötsföld. Dichter Gyps, Dichter Gypstein, Alabaster.* Linn. Gm. 22, sp. 3. G. Alabastrum. — Alabastrum: Qui est ex oppdio Alabastrum. Alabastrum, fuit oppidum Aegypti, unde lapis, hodie illo nomine insignitus allatus est, quod nomen loci sui natalis hodie quoque retinet. Nomenclatura metonymica, continens pro re contenta sumendo. Conf. **ACHATES**. Reiciendae originationes Methodii, Suidae, Salmasii, Etymologi, et Vossii.

*) Alabastrum oppidum Aegypti. Plin. 36, 7. Alabastrites etiam gemma est, nascens in Alabastrum Aegypti, et in Syriae Damasco, candore interincto variis coloribus. Plin. 37, 8. Recentissimi auctores et circa Thebaidis Alabastrum oppidum nasci dicunt. Voss. Alabaster, seu alabastrum, Gr. *αλαβαστρος*, seu *αλάβαστρος*. Utroque utuntur Latini et Graeci. Dicitur *αλάβαστρος* vel ab *α* et *λαβεῖν*, quasi, * *λαβεῖν* (hoc est, prehendere) ob levorem sit impossibile: quam originationem Methodius attulit, teste Etymologo. Vel ab *α* et *λαβή*, i. e. ansa: quod ansas non habet. Quod apud eundem Etymologum et Suidam, legas. Utruncunque sequaris etymologiam, e inseritur per pleonasmum. Aliis tamen placet (uti doctissimo Salmasio) *αλάβαστρος* dici pro *ἀνάβαστρος*, γ in λ Attice et

Aeolice converso, quomodo dixeret *λτρον* pro *ντρον*, *πλεύμων* pro *πνέμων*, etc. *Ἀνάβαστρος* vero sit ab *ἀναβάσαι*, quatenus notat ferre, gestare, unde *βασίζειν*.

Sic *αλάβαστροι* pro *ἀνάβαστροι* dicebantur perticae, sive fallangae, quibus onera a baiulis ferebantur. Et sane haec doctissimi viri sententia magis, quam veterum probatur.

ALBINUS: *Fejéritő*. Wern. Albin. Albinus, i. substantivum, idem quod albarius, dealbator. Constantinus Imperator leg. i. C. de excusat. artif. Albini, quos *Κονιαῖς* Graeci appellant. Albinus, albarius, qui calce pura parietem allinit. Vid. Jos. Laurentii Lucensis Amalthea Onomastica. 4. Venet. 1708.

ALKALI FIXUM VEGETABILE: *Növedék Álló Kali v. Sószarvú v. Sómócsing, Hamuszstr. Kali, Feuerbeständiges Vegetabilisches Laugensalz, Pottasche.* — Alkali: Sal ex Salicornia paratum. Arabicum substantivum, constans ex articulo definito, al, hic; et nomine substantivo, Kali, salicornia, vel eius cinis. Huic similia sunt vocabula Arabica: al-kermes, (conf. **KERMES**) algebra, alemdik, alkoran, in quibus aequae semper tantum articulus est, al. Hinc repetendum, quod nunc apud eruditos, Kali, et Alkali, aequivalent. Ratio denominationis est, quod sal hoc, sc. Alkali Fixum Vegetabile, in oris maritimis, praesertim circa Mare Rubrum, ex cineribus salicorniae elixiuiatur. Nomenclatura haec itaque est metonymica, continens pro re contenta sumendo. Conf. **ACHATES**.
*) Kali (Kaljon et Riljon): Cineres qui ex Salicornia, similibusque combustis herbis conficiuntur.

Lex. Arab. Golii. Alkali. Herba alkali, vel cineres ex iis, quibus vestes mundant. Idem.

Alkali, est vox ab Arabibus petita, quam tamen illi videri possunt a Graecorum ἄλς, ἄλος, ὄ, quod est sal, sumpsisse mutam. Blancard Lexic. Salicornia est Kali marini species, plurima cornua salsi saporis habens. Idem. Kali, est planta, quae ad altitudinem trium circiter pedum crescit, si bene colatur, multum se extendens, habetque ramos longos, et rectos, tota planta habet saporē salis, crescit in regionibus calidis, praesertim circa mare rubrum, vocatur et Alkali, et interdum Salicornia, ex cuius cineribus sal elicitor, ex quo vitrum, sapo, etc. componitur. Kali, et Alkali nomina sunt Arabica. G. Glaskraut. Idem.

ALLOCHROITES: Színeskedő, sokszínű, változszínű. Аллохроитъ. — Allochroites, ἀλλοχρότης: Variegatus, Discolor. Graecanicum adiectivum, substantive positum, subintelligendo λίθος, compositum ex ἄλλος, alius, et χροία, coloratus, quod a χροία, color. Nomen et omen habet.

*) ἀλλόχρους contr. ἀλλόχρεος: Qui est alio colore, in quo color subinde mutatur. Philox. Discolor. Heder.

ALMANDINUS; vid. SILEX GRANATUS NOBILIS.

ALPINA, vid. HUMUS ALPINA.

ALUMEN, VITRIOLUM ALUMEN: Timsó, Timsó Üvegse. Alaun. Linn. Gm. gen. 68. 3.

ALUMEN BUTYRACEUM, VITRIOLUM ALUMEN BUTYRACEUM: Vaj Timsó, Vaj Timsó Üvegse. Berghutter. Linn. Gm. 68. sp. 6. — Butyraceum; metaphoricum.

ALUMEN HALOTRICHUM: Haj-só Timsó. vid. sub HALOTRICHUM, quod metaphoricum est.

ALUMEN ROMANUM: Római Timsó. vid. sub ARGILL. ROMANA.

ALUMEN SCHISTUM: Hasadó Timsó. vid. sub ARDES. ALUMINAR. COMMUNIS.

ALUMEN TERREUM: Timsöld. Maunerde. Linn. Gm. Al. sp. 7. terreum.

ALUMEN VITRIOLUM, vid. VITRIOLUM ALUMEN.

ALUMINARIS NATIVA: Termék Timsó. vid. sub TERR. ARGILLAC. PURA.

AMALGAMA ARGENTI, vid. HYDRARGYRUM ARGENTATUM.

AMAHUM, VITRIOLUM EPSOMENSE: Keserű, Epsomi Üvegse. Bittersalz, Schwefelsaure Bittererde, Alpen Gletschersalz. — Amarum, subintellige, sal. Epsomense, derivatum ab Epsom, cognomine pagi in Anglia, ubi thermae sunt, et sal amarum etiam paratur.

*) Epsom, Epsham, Thermae Ebeshamenses, ist nur ein Dorf, in der Grafschaft Surrey, in England, 14 Meilen von London, und wegen der mineralischen Wasser sehr berühmt. — Man hat auch ein bekanntes Salz, welches aus diesen mineralischen Wassern gezogen, und bey uns das Englische Purgirsalz genennt wird. Hübner.

AMAZONIUS, vid. FELDSPATH. AMAZONIUS.

AMBRA AMBROSIACA: Illatos Méz. vid. sub AMBRA GRISSEA. — Ambra: Mel, Ambarum. Depravatum ex Arabico, ambar, mel, bitumen odoris suavissimi Indiae Orientalis. Nomen hoc inde sortiebatur, quia initio molle, viscosum est, postea fit durius, et fragrans. Nomenclatura metaphorica. Ambrosiaca, ἀμβροσιακή, Fragrans. Graecum adiectivum derivatum ab ἀμβροσία, immortalitas, quod ex a pr.

et βετοός, mortalis, μ euphoniae caussa interposito, componitur. Poëtae diis tribuunt τὴν ἀμβροσίαν, propter incredibilem fragrantiam, expetitam. Ad hanc accedere huius fossilis odorem ipso nomine significare voluerunt nomenclatores, metaphorice locuti.

*) Adel. Lex. Ambra, in dem mittlern Lateine, Ambar, Amber, Ambra, Ambrum. Pers. Amber, ist aus dem Arab. Amhar: und kommt eigentlich dem wohlriechenden Erdharze zu, welches aus Ostindien zu uns gebracht wird. Skinner und Eckard glauben, dass der Bernstein ursprünglich diesen Namen geführt, und dass folglich dieses Wort aus dem Deutschen anbernen, abrennen, entstanden sey. Allein es wird sich wohl nicht erweisen lassen, dass Ambra im Deutschen ehemals für Bernstein gebraucht worden, und wenn solches in den mittlern Zeiten in auswärtigen Ländern geschehen, so ist diese Verwechslung der Unwissenheit zu zuschreiben, welche bey der damaligen geringen Kenntniss der Natur, und sehr eingeschränkten Gemeinschaft mit fremden entlegenen Gegenden leicht begreiflich wird. Indessen rühret es doch von dieser Verwechslung her, dass der Bernstein bey den Franzosen, Italienern, Engländern, u. s. f. noch heut zu Tage gelber Ambra genennt wird, zum Unterschiede von dem eigentlichen wahren Ambra, welcher bey ihnen grauer Ambra heisst. Lex. Arab. Gol. Amhar: Mel. Ambarum. Esper Min. p. 255. Ambra grisea. — Anfangs weich, und klebrig, dann fester, und erhält hierauf seinen eigenthümlichen Geruch.

Widenman Min. p. 642. Der Amber wird gewöhnlich ganz weich, und klebrig gefunden. Ambrosiacus: Ex Ambrosia. Plin. 14, 3. Ambrosiaca vitis. Blanc. Lex. Ambrosia, est herba quaedam Botrys (Linn. Chenopodium Botrys) dicta, ab α pr. et

βετοός, mortalis: interposito μ vocalitatis gratia. Poëtae diis tribuunt τὴν ἀμβροσίαν, propter incredibilem fragrantiam, expetitam. Ad hanc accedere huius plantae odorem ipso nomine significare voluerunt veteres. — Tota planta habet odorem suavem, saporem aromaticum, aliquantulum amarum, sed gratum, colitur in hortis. G. Traubenkraut, Ambrosia, ἀμβροσία,

latine immortalis dicitur, ex α. pr. et βετοός, mortalis, vel quia mortales eam non comedunt, vel quia qui comederent efficerentur immortales. Sed μ interponitur ad euphoniā. Fabulae fuerunt ambrosiam esse Deorum cibum, nectarque potionem: unde Ovid. 1. de Ponto, El. 11: Nectar et ambrosiam, latices, epulasque Deorum. Graeci tamen interdum id discrimen negligunt. Nam et ambrosiam pro nectare, et νέκταρ pro ambrosia ponunt: ut Anaxandridis Sapphus, et Alemanis locis comprobatur Athenaeus l. 2. pag. 39. edit. Commel. Idem monet Eustathius in II. α pag. 160. edit. Rom. ubi et vocis nitriusque etymon ponit. Ἀμβροσίαν quidem dici putat ab α ζεῖται, et βετοός, mortalis, quia nullus eam habet mortalis, inserto μ aut β, ut in aliis multis. Cic. l. 1. Tusc. c. 26. Non enim ambrosia Deos, aut nectare lactari arbitror.

Dioscorides scribit ambrosiam vocari Romanis caprum sylvaticum, aliis botryn, aliis apium rusticum. Plin. 27, 4, herbam esse scribit, odore non iniucundo, vagi nominis, et circa varias herbas fluctuantem. Ambrosia alendus, prov. a Cicero dictum, l. 2. de Orat. c. 57. de eo, qui vel immortalitate dignus, vel Diis ipsis aequandus esse videatur.

AMBRA GRISEA. ELECTRUM OPACUM TENAX: *Szürke Méz, Ragadós setét Napded.* Amber, Grauer Amber, Linn G. m.

gen. 74. sp. 1. Ambra maritima, α. ambrosiaca, β. vulgarior. — Grisea: Fusca. Peregrinum, a Gallico, gris, grise, adj. grau. Electrum, vide statim sub AMBRA LUTEA.

AMBRA LUTEA, ELECTRUM, SUCCINUM: *Sárga Mész, Napded, Léböl való, Nedvi, Mészga. Lé - Napded. Bernstein, Agtstein.* — Electrum, ἤλεκτρον: Solare, Soli simile. Graecum adiectivum, substantivi loco positum, subintelligendo, fossile, derivatum ab ἡλέκτορ, sol. Hic proprie intelligitur sub hoc nomine gemma illa ex resina nata, quae iam Homericis temporibus nota fuit, et hodie electricitatis denominationi ansam dedit. Hoc idem vocabulum significat et metallum, vid. AUR. NAT. ELECTRUM. Ratio denominationis est metaphora. Succinum: Quod ex succo natum est; Succineum. Latinum adiectivum, substantive positum, subintelligendo, fossile, derivatum a substantivo, succus, ad modum, ut: salinus, marinus, et multa alia. Nascitur ut gummi in cerasis.

*) Voss, Electrum, ἤλεκτρον, quod referat fulgorem solis, qui Graece ἡλέκτορ, n. p. ut Beermannus censet ab ἡλιον, h. e. lucifer, unde ἡλιος derivat. Alias harum vocum originationes vide apud etymologici auctorem. Porro electrum non uno apud Auctores modo accipitur. Nam interdum idem est, quod succinum, h. e. succus desudans ex arboribus pineis, eâ ratione, quâ e cerasis gummi fuit, paulatim indurescens. Hinc Ovid. 4. Met. Fab. III. Inde fluunt lacrymae, stillataque sole rigescunt. De ramis electra novis, quae lucidus amnis excipit, et nurbibus mittit gestanda Latinis Alteram significationem indica-

hic Plinii locus l. 30. c. 4. vid. sub AUR. NAT. ELECTRUM.

Heder. ἤλεκτρον: Succinum, electrum. 2. Metallum ex auro et argento conflatum. Gesn. Electrum, ἤλεκτρον. Duo significat: Primo Succinum, illa ex resina gemma, de qua iam Homericis temporibus innotuisse videtur. Equidem non dubito, quin sphaerulas ex hoc electro consertas intellexerit Homerus, Odys. O, 459, ubi de monili aureo ait: μετὰ δ' ἤλεκτροισιν, ἔεργτο.

Et Odys. Σ, 295. ubi laudat ὄρμον χρύσεον, ἤλεκτροισιν, ἔεργμενον, ἡέλιον ὥς. Quod addit ἡέλιον ὥς, ad etymon videtur respicere, et cognationem illam cum Sole, quae Graecis ἤλεκτορ est, de qua statim audiemus Plinium 37, 2 Phaëtonis fulmine icti sorores (Helides et ipsae a Sole dictae) fletu mutatas in arbores populos, lacrimis omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus: et electrum appellatum, quoniam Sol vocitatus sit Elector, plurimi poëtae dixere — Quod esse falsum Italiae testimonio — Post longum deinde recensum variarum de electro fabularum, pergit c. 3. Certum est gigni in Insulis Septemtrionalis Oceani, et a Germanis appellari Glessum. — Nascitur autem de fluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pinis — cum intumescens aestus rapuit ex Insulis, certe in littora expellitur — quod arboris succum prisci nostri credidere, ob id succinum appellant — Pado adnexae fabulae videtur causa, hodieque Transpadanorum agrestibus faeminis monilium vice gestantibus, maxime decoris gratia, sed et medicinae, quando tonsillis videtur resistere, et faucium vitis. — Sub Nerone tanta copia invecta, ut retia arcendis feris podium protegentia succino nodarentur — totusque unius diei apparatus esset e Succino. Liquidum primo destillare, argumento sunt quaedam intus trans-

Sandyx a Graecis acceptum: quibus itidem vocatur *σάνδυξ*. Plantam esse Servius tradit. item Hesychius: *Σάνδυξ δένδρον Σαυμάδος, ὃ τὸ ἄθος χρῶμα ἔχει κόκκινον εὐφρεῖν, ὡς Σαυμάδος.*

Alii censent esse cerussam usitam. Plin. 35, 6. Haec (cerussa) si torreatur aqua parte, rubrica admista, sandycem facit. Quamquam animadverto, Virgilium existimasse, herbam id esse, illo versu: Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Sed ex eo versu, non consequitur id, quod Plinius atque etiam Servius putavit. Nam sententia Maronis est, fore, ut oves pascentes sponte sandycini coloris fiant. Et sane Hesychius etiam deceptus videtur, cum eius nominis arborem esse credidit. Conficiendi sandycis rationem etiam Georgius Agricola docet l. 9. de nat. Foss. c. 19. Videtur autem esse *σάνδυξ* a *πύριον*, quo signatur dibaphum coccineum. Dibapha, zweymahl eingetünktet Purpur, qui a double teinture. — *δίβαφα*, purpura Tyria, vel alia melioris notae, quali utebantur Magistratus in praetexta, a *δύς*, his, et *βάπτω*, intingo, quod his tineta esset. Revera adiectivum est, et subintelligitur purpura, vel vestis. Plin. 9. 39. Dibapha tunc dicebatur, quae his tineta esset. Cic. 2. Fam. ep. 16. Curius noster dibaphum cogitat, sed cum insector moratur, h. e. adspirat ad Magistratum, sed qui dare possunt morantur, et impediunt. Sane *σάνδυξ*, *χρώμα κόκκινον*, ut ex Suida et Photio constat. Ac apud Vopiscum in Aureliano legas: Dicitur sandyx Indica talem purpuram facere si curetur. Itaque et ab Hebraeo isto sanguis dici videtur, qui purpureus a poetis vocatur. Sandaracha Graccorum, est arsenicum rubrum, sed in pulverem redactum, color mutatur in intense croceum seu flammeum, instar corticis mali aurantii, Blanc. Sandaracha Arabum, vulgo vernix, est gummi iuniperinum, colore mastichem referens, sed globulos habet longiores, est friabile, saporis resinosi, et odoris cum accenditur fragrantis. C. Sandarach. Verniss. Idem. *σανδαράχη*: Succus concretus, sandaraeha. Hinc *σάνδυξ*, cerussa usta et rufa. Schrevel.

ARSENICUM SQUAMOSUM: *Pikkelyes v. Halpénzes Himi.* vid. sub ARSEN. NAT.

ARSENICUM SULPHURATUM: *Kénköves Himi.* — vid. sub ARSEN. MIN. PYRITIGOS.

ARSENICUM VULGARE : vide
ARSEN. MIN. PYRITAC. VUL-
GARE.

ASBESTUM: *Eghetetlen*. Asbest, *Steinflachß*. — Asbestum, ἀσβε-
στον, vel Asbestos, ἀσβεστος: In-
extingvibilis. Graecum adie-
ctivum, substantive positum,
subintelligendo, λιθος, v. ὀγκο-
τον, compositum ex α pr. et
σβέννυμι, sive σβέννω, exsting-
vo. Inextingvibile dicitur hoc
genus lapidis, quia non combu-
ritur, adeoque nomenclatio
metonymica est, consequens
pro antecedente ponendo.

*) ἀσβεστος, η, ον. et ἀσβεστος,
η, ο καὶ ἡ: Inextingvibilis,
qui exstingvi nequit, inextin-
ctus, nunquam cessans. Philox.
Calx. 2. Nomen lapidis, unde
telae fiunt, quae non combu-
runtur in igne. Ex α privativ. et
σβέννυμι sive σβέννω, exsting-
vo, restingvo. Heder. Conf. A-
MIANTUS.

Asbestos, ἀσβεστος. Gemma,
quae in Arcadiae montibus na-
scitur, coloris ferrei Plin. 37,
10. Asbestinum, ἀσβεστινον.
Genus est lini, quod ignibus non
absumitur. Gesn. Plin. 19, 1
Inventum iam est etiam (de lino
autem loquitur) quod ignibus
non absumeretur. Vivum id vo-
cant, ardentesque in focis con-
viviorum ex eo vidimus mappas,
sordibus exustis splendescentes
igni magis, quam possent aquis.
Regum inde funebres tunicae,
corporis favillam a reliquo sepa-
rant cinere. Nascitur in deser-
tis adustisque sole Indiae. — Ru-
fus de cetero colos splendescit
igni. Cum inventum est, aequat
pretia excellentium margarita-
rum. Vocatur autem a Graecis
Asbestinum, argumento naturae.

(Nempe ἀσβεστος qui deleri, ab-
olerique non potest.) Anaxilaus
auctor est, linteo eo circumda-
tam arborem surdis icetibus, et
qui non audiatur, caedi. Ergo
huic lino principatus in toto or-
be. Conf. AMIANTUS, ibique
Blanc.

ASBESTUM ALUTA: *Irha Eghetetlen*. Bergleder. Linn. Gm.
Asb. Aluta, q.

ASBESTUS AMIANTUS (non A-
mianthus ut Esper scribit):
Mocsoktalan v. Szenynyelen v. Danostalan Eghetetlen.
Wiesamer Asbest, Amiant, A-
miant Asbest, Weicher lederartis-
ger, fadenartiger, oder reifer As-
best, Federweiß, Bergflachß, Berg-
haar, Berwolfe. Linn. Gm.
gen. 8. Asb. sp. 1. Amiantus,
sp. 2. maturus, sp. 9. tortuo-
sus. — Amiantus, ἀμιαντός: Im-
maculatus. Graecum adiecti-
vum, substantive positum, sub-
intellig. λιθος, compositum ex
α pr. et μιαντος, maculatus, quod
a μίγνυμι v. μίγνυω; misceo.
Immaculatus dicitur, quia tela
ex hoc lapide contexta a sor-
dibus igne purgari potest.

*) Amiantus, ἀμιαντός. Lapis est
friabilis in modum lanæ, alumi-
ni scissili similis. Gesn. Plin.
36, 19. Amiantus alumini simi-
lis, nihil igni deperdit. De
ellyphnii et tela inde confecta
Dioscor. 5, 158. Amiantus,
est lapis alumini plumoso simi-
lis, sed absque sapore, et in ig-
ne non combustilis, in quo ab
alumine plumoso differt, coloris
varii, et in filamenta deductilis;
inde veteres indusia, aliaque
praeparare noverunt, quae ubi
sordida, igni tradebantur, et
pura evadebant: duplici forma
diversa reperitur, sub specie fi-
lamentorum maiorum alumine
plumoso, et vocatur hoc linum
incombustibile, altera species sub
forma lapidis fuscii, vel nigri,
duri, malleo extensilis. Graecis
ἀσβεστος, quod ellyphnia ex eo-
dem fiant incombustilia. G. Fe-
derweiss, Steinflachß, Steindacht.
Blanc. ἀμιαντός: Immacula-
tus, impollutus, purus de luce.

2. Lapis ex quo fila duci pos-
sunt, et telae fieri, quae com-
buri non possunt. Ex α pr. et
μίγνυμι, μίγνυω, misceo, per-
misceo. Heder.

ASBESTUS ARGENTIFER: *E-zattermō Eghetellen*. Zunder Asbest, Berg-Zunder, Zunderen, Silberhaltiger Bergkork, Leichtes blättriges Silber 13. Linn. Gm. Asbestus. sp. 10. argentifer.

ASBESTUM CARO MONTANA: *Hegyi His Eghetellen*. Berg-Heisch. Linn. Gm. Ash sp. 8. caro.

ASBESTUS FRAGILIS: *Törő Eghetellen*. vid. sub ACTIN. VITREUS.

ASBESTUS IMMATURUS, ASBESTUS VULGARIS: *Éretlen Eghetellen, Köz Eghetellen*. Unreifer Asbest, Aehrenstein, Gesmeiner Asbest. Linn. Gm. Asb. sp. 4. vulgaris.

ASBESTUS LIGNUM: *Fa Éghetellen*. Holzasbest, Bergholz. Linn. Gm. Asb. sp. 7. Lignum.

ASBESTUS PAPYRACEUS: *Papiros Eghetellen*. Berapavier.

ASBESTUM SUBER, ASBESTUS SUBERIFORMIS: *Kérég Eghetellen, Kéregképző Eghetellen*. Bergkork Asbest, Schwimender Asbest, Bergleder, Berg-Heisch, Bergbaut, Berapavier. — Suber, arbuscula glandifera, quercui similis, corticem praeracrum habens; ast significat etiam solum corticem statim dictae arboris. Heic sensu hoc posteriori sumitur, metaphorice. Quemadmodum enim suber aquae innatat; ita et asbestus suber.

*) Suber arbor, de qua Plin. 16, 8.

Est inter eas, quae ferunt glandem, sic proprie vocatam: ut idem dixerat c. 6. Itaque a sue derivat Isidorus l. 17, c. 6. Ubi ridicule ait, corticem dici suberem, arborem autem suberiem, quasi subediem, quia sus edat eius fructum. Rectius dixeris, ut a facio faber, a γλάφω vel glubo gluber, a tumeo est tuber; sic a suo esse suber: quia, ut idem Plinius c. 8. ait, usus eius in hiberno seminarum calecatu. Imo non hiberno solum tempore use-

bantur valetudinis causa: sed aestivo etiam, ut viderentur grandiores. Alexis Comicus apud Clementem Alexandrinum l. 3. Paedagogi: Τυγχάνει μικρά τις ἔσται; φέλλος ἐν τῇ βαυκίστῃ Εγχεκάττωται. Est aliqua parva? suber in calcis insuitur. Vel fuerit suber a σῦραρ, quod usurpatur de extima pelle: ut de exuviis serpentium: de pellicula lactis, quae aliter γράυς; de rugosa et exsucca cute senecionum. Quare nomen hoc tribuerint arbori, quo pacto dicitur φέλλος. Nam hoc proprie φλοιός δένδρεα, sed pro ipsa ponitur arbore, quia tota naturam habet corticis. Hinc Plinius eodem capite: Non infacete Graeci corticis arborem appellant, Vel, quod Caesar Scaliger in Histor. Theophrasti scribit, l. 3, c. 4. ab incrementis suber, aut quia mergi nequit, sed subit. Sed simplicissimum puto, ut a suendo sit, Voss. Suber, est arbor medioeris magnitudinis quercui satis similis, parum ramosa, sed truncus est crassior, et corticem habet multo crassiorem, valde levem, spongiosum, coloris ex griseo flavescentis, facile fissilem, et ab arbore separabilem, quia a supposito novo cortice propellitur foras: incolae regionum, in quibus suber occurrit, circumscindunt arborem, quae stipes telluri committitur, ad lignosam usque materiam, aut usque ad novum subitus nascentem corticem, pariterque in summis humeris, antequam in brachia sese dividat arbor, mox a summo ad imum finditur et detrahitur cortex. Hic deinde in frusta dissectus, diversae magnitudinis et crassitiei, aquae committitur, lapidibusque oneratur, ut hoc mediant, quasi prelo, densior minusque porosus evadat, et admodum planus redditur. Quo facto exsicceatur, et per omnem fere terram distribuitur et dividitur. Arborea interim non intereunt, sed novo cortice teguntur, qui in tantam crassitiam excrecit, ut ulnam et ultra,

si fides auctoribus est habenda, superet. G. Φελλός, G. Korkbaum, Pantoffelholz. Blancard.

Suber, is m. v. f. saepius n. Φελλός, Arbor e glandiferis Gesn. Plin. 16, 25. Classicus locus est Plin. 16, 8. ubi de glandiferis. Suber minima arbor, glans pessima, rara, cortex tantum in fructu praecrasus, ac renascens, atque etiam in denos pedes undique explanatus. Usus eius ancoralibus maxime navium, piscantiumque tragulis, et cadorum obturamentis; praeterea in hyberno feminarum calceatu. Quamobrem non infaecte Graeci corticis arborem appellant. Sunt qui feminam ilicem vocent, atque ubi non nascitur illex, pro ea subere utuntur, in carpentariis proprie fabricis, ut circa Elin et Lacedemonem. Nec in Italia tota nascitur, aut in Gallia omnino. Suber — corticem habens praecrasum, cui inniti solent, qui natate discunt Calep. Col. 1, 3, c. 26. Pers. Sat. 1. Asbestum Suber — Schwimmend — Schwimmender Asbest. Esper Min. p. 168.

ASBESTUS SUBER: *Igazi Kéreg Éghetetlen.* Eigentlicher Bergförf, Korkasbest. Linn. Gm. Asb. Suber. 6.

ASBESTUS SUBERIFORMIS: vide ASBESTUM SUBER.

ASBESTUS ZEOLITHIFORMIS: *Sisterékelököképű Éghetetlen.* Zeolith Asbest. — Zeolithiformis, vid. ZEOLITHUS.

ASBESTUS VULGARIS, vid. ASBESTUS IMMATURUS.

ASPHALTUM: *Siker.* Erdpech, Bergpech. Asphaltum, ασφαλτος: Bitumen. Graec. substantivum.

ASPHALTUM s. BITUMEN ELASTICUM: *Rúgós Siker v. Enyv.* Elastisches Erdpech, Elastisches Erdharz. Linn. Gm. gen. 71. sp. 4.

ASPHALTUM ELASTICUM, ASPHALT. s. BITUM. ELASTIC.

ASPHALTUM RETINUM: *Hálós Siker.* Retinasphalt. — Retinum: Retiforme. Adiectivum,

derivatum a rete, ut succinum, a succus. Conf. Succinum.

*) Retinus, a, um, adi. a rete, ut: Retina Tunica, vide Retiformis Tunica. Blanc.

ASPHALTUM SCORIACEUM:

Salakos Siker. Echlactige Erdenpech, Eigentlicher Asphalt, Juedenpech. Linn. Gm. gen. 71. sp. 6.

ASPHALTUM TERREUM, CEDRIA TERRESTRIS, BITUMEN ASPHALTUM TERROSUM:

Földes Siker, Földi Cederszurok, Földes Siker Enyv. Erdiges Erdpech, Erdiges Bergpech, Stein-Jueden-Erdpech, Erd-Berg-Juedenharz. Linn. Gm. gen. 71. — Cedria, κεδρία: Cedrina.

Adiectivum absolute positum, subintelligendo pix, graecum, derivatum a κέδρος, cedrus, arbor. — Terrosus: Terra mixtus. Latinum probatum vocabulum, occurrit enim in M. Vitruvio aureae aetatis scriptore.

*) κεδρία: Pix cedrina, resina, lacrima cedri, A κέδρος, cedrus, arbor odorata. Heder. Cedria,

κεδρία. Pix est, quae ex cedrelate (Genus cedri) defluit. Gesn.

Cedria vera ne habet picis aliquam mixturam. Serihon. 58.

Plin. 29, 3. Scabiem corporum ac pruritus oleo cedria mixtis colluit. Conf. Plin. 37, 7.

Cels. 5. 12. Colum. 6, 32, 1. Veget. Mulom. 3, 17, 3. et 82, 3. Terrosus, Adi. Terrae plenus. Gesn. Vitruv. 2, 4 et 6. Arena terrosa.

AUGITES: *Világded.* Augite. Linn. Gm. App. 175. Augites

Weneri — Augites αὐγίτης: Lumen referens. Graec. adiectivum absolute sumtum, subintellig. λῖθος, derivatum ab αὐγή, lux, lumen, splendor, iubar. Gl. Vet. cum format. similitudinis ἴτης, quod videsis sub CIRCONIT.

*) Augites, αὐγίτης. Gemma. Gesn. Plin. 37, 10. Augites multis alia videtur esse, quam Calais.

AUGITES WERNERI: *Werner Világdede.* — vid. sub **AUGITES.**

AURICHALCUM, vid. **CUPR. ORICHALCUM.**

AURIPIGMENTUM, vid. **ARSENIC. AURIPIGM.**

AURUM: *Arany, Fényesség, Aurum v. Auriumé, Örzel, Hajnal, Fordító. Gold.* — Aurum: Custoditum, Aurum vel Aurium (nom. propr.) Aurum (Sabinorum), Aurora, splendor, Aurum, derivant aliqui a Graeco, *ἄρην*, custodire, ut significet, custoditum, rem custoditam; alii a cognomine inventoris, Aurum v. Aurium nuncupati, ut sic tandem metonymice, inventor sit pro ipsa re inventa positus; alii ab aurora, propter coloris similitudinem; alii ab avertere, vel quod idem est auruncare; alii a Sabinis translatum esse putant, quod illi ausum dixere; alii ab *ἄρῃς* vel *αὔρα*, splendor; et hoc ultimum Vossii, Scaligeri utriusque, sententia est.

*) Aurum unde sit, docent haec verba Festi: Aurum, inquit, dictum, quia praecipue custoditur. Graece enim *ἄρην* custodire dicitur. Hippocrates medicus (Scaliger recte corrigit Hypsicrates) de nomine inventoris id dictum putat, quem vocitatum ait, Aurum (MSS Aurium), quidam a similitudine aurorae coloris nomen traxisse existimant. Nonnulli quia mentes hominum avertat; nam indifferenter dicebant auruncus et auerruncus, auruncare et auerruncare), alii a Sabinis translatum putant, quod illi ausum dicebant. Haec Festus. Quincta est sententia Servii, qui ad illud 6. Aen. Discolor unde auri per ramos crura refulsit. Aura, inquit, id est, splendor. Hinc et aurum dicitur, a splendore qui est in eo metallo. Idem tradit Isidorus l. 16. c. 17. Item Angelus Decembri-

us l. 4. de polit. liter. tmem. 4. censet aurum ob igneum nitorem dici ab *ἄρῃ*, flamma ignis: unde et solem ab Aegyptiis Orum tradit appellari. Septimum etymon, quod sequor, est Jul. Scaliger, qui sic de eo Exerc. 78: Est autem tota Graeca vox, Aurora, cuius postrema pars adhuc in usu est Graecis ipsis, *ἄρα*, prior autem nobis tantum, Aurum: illis non nisi in composito, *ῥησαυρός*. Et Exerc. 325. tm. 12: Aureus color a Graeco vocabulo, quod desitum est: unde Aurora, Compositum remansit *ῥησαυρός*, quod et alibi dictum est. Et de causis. L. L. Cap. 91: Metallo et praeviae dici parti, fulgoris nomen inditum est Graeca voce *αὔρον*. Prisca enim est, quod testatur *αὔριον*, scilicet sequens mane, quod et Germani imitati sunt, et Hispani et Itali. Eadem sententia Iosephi filii in coniectaneis: Aurora, inquit, ab *αὔρα*, unde *ἀρχαυρον*, *Ἀρχαυρον κρείσσοντες ἀλευάμενοι φάος ἡ ἥς*. Apoll. Sic Aurum, *αὔρον*. Nam remansit *ῥησαυρός*. Idem tradit ad Festum in Aurum. Verba utriusque adscripsi, ut eadem pateat, unde aurora nomen acceperit: nemo non ab aureo colore, quod Varro scripsit l. 6. de L. L. (quem et Camerarius sequitur, loco ante citato) neque, quae aliorum sententia est, ab aura, hoc est ventulo, qui matutino tempore spirat: neque ab aurum, ut rosa, etsi Homero *ῥῶς* dicatur *ῥοδοδάκτυλος*, neque quasi aurea hora: quae duo etyma apud Füngerum legas: sed a prisca Graecorum voce notante fulgorem, sive ea *αὔρος* fuit, sive *αὔρα*, quando et Latini sic vocant. Sane ab alterutra est *ἀρχαυρον*, quo diluculum significatur, *παρὰ τὸ ἀρχῇ ἢ πλησίον ἔχειν τὴν αὔραν ἢ αὔρον*. Ubi *αὔρα*, non ventus levior intelligi debet (etsi id senserit Suidas, qui pro sententia sua adfert isthoc Homeri hemistichium, *αὔρη δὲ ψυχρὴ πνέει*

ἥδ' αὖ, πρὸ), sed aura ibi notat splendorem; ut dicatur ἀγχαυ-
ρος, quia coelum tunc rutili et aureis sit coloris. A qua τῆς αὐ-
ρας notione etiam αὐριον venit,
h. e. cras, quasi simulac sol de-
nuo coelum aureo suo fulgore
coeperit lustrare. Similiter igitur
aurora, quasi τῆς αὐρας ὥρα,
aurae, sive splendoris tempus;
quemadmodum ex Caesare Sca-
ligero ante dicebamus. Voss.

AURUM ALBUM: *Fejér Arany.*
vid. sub TELLUR. ALBUM.

AURUM GRAPHICUM, SILVA-
NIUM (non Sylvanium, ut Es-
per scribit) GRAPHICUM,
TELLURIUM GRAPHICUM:
*Íratos Arany, Íratos Erdé-
lyi, Íratos Földércz.* Schrift:
Zelluretz, Schriftetz, Schrift:
oder Character Gold. — Silvani-
um: Quod ex Transilvania est.
Adiectivum absolute positum,
subintellig. metallum, deriva-
tum a Silvania, rectius Transil-
vania, cognomine Magni Prin-
cipatus Hungariae vicini, unico
natali solo metalli, Silvanium
dicti. Silvanium, a Silva, quod
Etymologi ducunt a ὕλη, ideo-
que, Sylva, per y scribunt. Re-
ctius tamen illud per Latinum i
scribitur; quod in omnibus ve-
ter. monumentis ita legitur,
testibus Manut. in Orthograph.
Dausg. et aliis. Tellurium, vi-
desub TELLURIUM. — Graphi-
cum, γραφικόν: Scriptorium,
Scite, eleganter pictorum mo-
re factum. Graecum adiecti-
vum, derivatum a γραφή, scri-
ptura.

17. Fur graphicus. Vitruv. l.
4. c. 4. Graphicoteram aspectu
efficient delectationem. Gra-
phicus, a, um. γραφικός, scitus,
elegans, perfectus, absolutus,
ad ungve factus, a γραφω,
quod pingere notat, quasi picto-
ris manu expolitus, quia picta
sunt elegantiora nativis. Calep.

AURUM NATIVUM: *Termék A-
rany.* Gediegen Gold.

AURUM NATIVUM ELECTRUM:
*Napped v. Ércznapped v. E-
züstös Termék Arany.* Licht-
messingenes Gediegenes Gold. —
Electrum; ἤλεκτρον. Solare, So-
lem referens. Graecum adiecti-
vum, derivatum ab ἡλήκτορ, sol.

*) Electrum, ἤλεκτρον. Duo signifi-
cat. Primo Succinum, quod vid.
sub SUCCINUM et ELECTRUM.
2. Electrum, metallum est, cui
a colore et splendore illud no-
men Succini tributum videtur.
Cesn. De hoc electro poste-
riori sensu sumto classicus locus
est Plin. 33, 4. Omni auro inest
argentum vario pondere, — Ubi-
cunque quinta argenti portio est,
Electrum vocatur. — Fit et cura
electrum, argento addito. Quod
si quintam portionem excessit,
incudibus non resistit. Et ele-
ctro auctoritas Homero teste (O-
dyss. d, 713) qui Menelai regiam
electro argento, ebore fulgero
tradit. Minervae templum habet
Lindos insulae Rhodiorum, in
quo Helenae servavit calicem ex
electro. Electri natura est ad
lucernarum lumina clarius ar-
gento splendere. Quod est na-
tivum et venena deprehendit.
Namque discuntur in calicibus
arcus coelestibus similes, cum
igneo stridore, et gemina ra-
tione praedicunt: (Viderint qui
copiam eius rei habent an hoc
potius ad electrum Succinum per-
tineat, eamque scintillationem,
quam per hosce aliquot annos
Germani praesertim ad stuporem
usque oculis, auribus, tactui,
odori experiendum subiecerant,
quaeque ab electrica vi dicitur,
etiam in alio quovis corpore de-

*) Cic. Att. l. 12, ep. 16. Mane me in
silvam abstrudo densam, atque
asperam. Virg. Aen. 9. Itur
in antiquam silvam, stabula alta
ferarum. Plaut. Epid. 3, 3,
29. Ne tu servum habeas graphi-
cum, et quantivis pretii, si ser-
vat fidem, Id. Trinum 4, 3,

prehensa. Ceterum de hac vi electrica Seren. Sammon. 1065 Pro-
dunt electri variantia pocula vi-
rus. Gesner.) Ad metallum ele-
ctrum haud dubie pertinet. Vir-
gil. 8. 402. Ubi Vulcanus promit-
tit Veneri arma Aeneae suo po-
tenti. Quod fieri ferro liquido-
ne potest electro, Quantum igne
animaeque valeant. Et 624.
Ex hac officina accipit Aeneas le-
ves i. e. politas ocreas electro
auroque recocto. Ovid. Met.
15. 316. Electro similes auroque
capillos, (possis etiam de Succin-
o intelligere, ubi vid. n. 2. Ges-
ner.) Sed sine dubio ad me-
tallum pertinet Plin. 9. 40 Ar-
gentum auro confundere ut ele-
ctra fiant, addere his aera, ut
Corinthia. Conf. dicta sub ELE-
CTRUM. ἤλεκτρος, ἡ et τὸ
ἤλεκτρον: Electrum, μίγμα τῆς
χρυσῆς καὶ ἀργύρης. a ἤλεκτρον,
lectus. Th. λέχομαι. Schrevel.

ἤλεκτρος: Sol, quia non sinit
homines in lectis iacere, sed ex-
citad opera. Aut quia non cu-
bat, sed in perpetuo motu est,
Idem: Voss. Electrum — non
uno apud scriptores modo acci-
pitur. Nam interdum idem est,
quod succinum. — Alteram signi-
ficationem indicat hic Plinii lo-
cus l. 30. c. 4. — Unde liquet,
cur Ulpianus l. 4. De legatis, ne-
get electrum auri appellatione
contineri. Lucem etiam hinc cap-
it Silli hoc, lib. 1. — Hic omne
metallum Electri, et gemino pal-
lent de semine vitae. Et illud l.
14. Jam simul argenti fulgentia
pocula misti Quis gemino quae-
sit honor — Prout ad Manili-
um hunc locum legit Scaliger.
Satis igitur liquet, electrum esse
μίγμα χρυσῆς καὶ ἀργύρης. Quod
et Ecclesiastici scriptores docere
nos possunt. Tertullianus ad-
versus Praxeam: Si enim sermo
ex transfiguratione et demuta-
tione substantiae caro factus est,
una iam erit substantia, Jesus,
ex duabus, ex carne et spiritu
mixture quaedam, ut electrum
ex auro et argento, et incipit
nec aurum esse, i. e. spiritus,
neque argentum, i. e. caro, dum
alterum altero mutatur, et ter-

tium quid efficitur. Et paullo
post: Quod si tertium quid es-
set ex utroque confusum ut
electrum, etc. Idem indicat
lib. adversus Ihermogem: Ele-
ctrum licet ex auro et argento
foederatum, nec argentum ta-
men, nec aurum appellabo, sed
electrum. Et Gregorius Magnus
l. 28. Moralium c. 2: Electrum
quippe ex auri argentine met-
allo miscetur; in qua permixtione
argentum quidem elarius reddi-
tur, sed tamen fulgor auri tem-
peratur. Mox Christum electro
comparat. Quid, inquit, in e-
lectro nisi mediator Dei et homi-
num demonstratur? Qui dum se-
met ipsum nobis ex divina atque
humana natura composuit, et
humanam per deitatem clario-
rem reddidit, et divinam per hu-
manitatem nostris adspectibus
temperavit.

AURUM NAT. OBRYZUM (non
Obrizum, ut Esper scribit):
Fött v. Finum v. Vont v. Tisz-
ta Termék Arany. Goldgelbes
Gediegenes Gold. Linn. gen. 95,
sp. 12. — Obryzum, ὄβρυζον:
Ebullitum, saepius coctum, Pu-
rum. Graecum adiectivum, de-
rivatum a βρῦζειν, ebullire, o
vero accessit tantum euphoniae
gratia, ut βριμος, ὀβριμος, Sal-
masio teste.

*) Plin. l. 47. c. 5. Aurique experi-
mento ignis est, ut simili colore
rubeat, quo ignis: atque ipsum
Obryzum vocant. Igne purga-
tissimum, purum putum aurum,
id obrusam vocat Seneca epist.
23. l. 2. Apud Sueton. in Ne-
rone cap. 44. Nero ingenti fasti-
gio et acerbitate exegit numum
asperum (usu non detritum, re-
center cusum), argentum pustu-
latum (tamdiu coctum, ut in pu-
stulas attollatur, quod perfe-
ctae cocturae ac purificationis in-
diciu est), et aurum obryzum.
ὄβρυζον, χρυζιον: Aurum ob-
ryzum, i. e. purum e crebra co-
ctione. Heder. βρῦζειν: ebul-
lire. O accessit, ut βριμος, ὀβρι-

μος. Salmasius, ὄβρυζον χρυ-
ζιον, Aurum obryzum, purum,
ex crebra concoctione, q. ὑφρι-
ζον, ab Ophir, loco. Schrevel.
Obryzus, quod quidam scribunt.
Obrizus, a, um. ὄβρυζος, η, ον.
Auri epithetum est, ad obrys-
sam purgati et probati. Lauda-
tur merito Schol. Thueyd. 2, 13,
qui χρυζὴ ἀπέφθιν interpreta-
tur, πολλάκις εφηθέντος, ὥστε
γενέσθαι ὄβρυζον. Mittimus in-
eptam etymologiam Isidori Or.
16, 17. quod obradiet splendor:
nec multo meliorem Hieronymi,
ex Ophir illa Salamonis obryzum
arcessentis. Salmasius in So-

lin. p. 1080. a βρύζειν deducit,
quod ebullire significat, ut βρι-
μος, ὄβριμος. Est n. p. obry-
zum aurum, quod saepe satis
ebulluit: a quo etiam obryssam
dictam esse, non dubitamus.
Utitur hoc nomine Vulgatus In-
terpres Esa. 13, 12. Job. 28, 16.
et 31, 24. Dan. 10, 5 et 2 Paral.
3, 5. in quorum nullo habet
Graecus ὄβρυζον. Loca ex Lib-
ris Juris diligentius laudavit Jac.
Gothofr. ad l. c. 1. Th. de obla-
tione votorum. Ubi etiam sub-
stantive monet dici obryzam au-
ri, pro massa auri.

AURUM NAT. PLATINIFERUM:

Plataitermő Termék Arany.

Graugelbes Gediegenes Gold. —

Platiniferum, vid. PLATINUM.

AURUM PARADOXUM: vid. AU-

RUM PROBLEM. s. PARADO-

XUM.

AURUM PLATINIFERUM; vid.

AUR. NAT. PLATINIFER.

AURUM PROBLEMATIC. s. PA-

RADOXUM, MINERA AURI

PROBLEMATICA, TELLURI-

UM NATIVUM, SILVANUM

NATIVUM: *Kölönös v. Kétsé-*

ges Arany, Kétséges Arany

Bányászna, Termék Föld-

éres, Termék Erdélyi. Gedie-

gen Tellur, Weisbaolhera. — Pro-

blematicum, πρόβληματικόν: Du-

bium. Graecum adiectivum, de-

rivatum a πρόβλημα, proiectum,
propositio, Philosophis. pro-
positio in utranque partem dis-
putabilis, atque adeo dubia, a
πρόβόλλω, proiicio, propono.
— Paradoxum, παράδοξον: In-
opinatum, contra sensum com-
munem existens. Graec. adiec-
tium, compositum ex παρά,
contra, et δόξα, opinio. — Tel-
lurium, vid. sub TELLURIUM.
Silvanium, vid. sub SILVANIUM.

*) Problema. Sueton. de illustr.
Grammat. c. 4. Institutionum ad
eloquentiam parandam quaedam
genera, ut problemata, peri-
phrases, elocutiones, etc.

παράδοξος, ὅ. quod est παρά
δόξαν, praeter opinionem. Th.
δοκέω, videor. παράδοξον, τὸ,
inopinatum. Schrev.

AURUM VIRESCENS: *Zöldes A-*
rany. — vid. sub TELLUR. AL-
BUM.

AUTOMOLITES: *Bitang, Te-*

kergő, Kőborló, Szőkevény.

Automolit. — Automolites, αὐ-

τομολίτης: Transfuga, Profu-

gus. Graecum substantivum,

synecdochice nomen commune

pro proprio positum, composit.

ex αὐτός, ipse, et μόλεω v. μώ-

λω, vado, venio.

*) αὐτόμολος: Qui sua sponte et a

nullo incitatus it. 2. Qui sua

sponte ad partem alteram transit

ac deficit. Transfuga, Philoxen.

perfuga, al. Gl. Vet. Ex αὐτός,

ipse, et μόλεω seu μώλω, ve-

nio, eуро, vado, q. a μέλλω,

futurus sum. Heder. Schrev.

AXINITES: *Fejszeded, Szeker-*

czeded, Baltaded, Bárdted.

Uxinit, Thumerstein, Brauner

Stangenschörl, Violetter Aftcr.

Dauphiner Schörl. Linn. Gm.

Scorl. 2. vitreus, 3. tabula-

ris. Axinites, ἀξινίτης: Secu-

rim referens. Graecum adiecti-

vum, absolute positum, sub-

intelligendo λῆδος, derivatum

ab ἀξίη, ascia, securis, cum formativo similitudinis, ἰτης, quod vid. sub CIRCONITES.

AZUREUM, vid. CUPR. OCHR.
AZUREUM.
AVANTURINO, vid. ARENARI.
US AVANTURINO:

B.

BAJKALITES (non Bajkalithes, ut Esper scribit): *Bajkali*. Bajkalit, Grammatite (Хауи). — Bajkalites: Qui ex lacu Bajkal est. Adiectivum patronymicum, absolute positum, derivatum a cognomine lacus Sibiricae, Bajkal, cum formativo patronymico, ἰτης, quod vid. sub AREN-DALITES.

*) Baikal, oder das heilige Meer, See in Sibirien in der Provinz Irkuzkoi — rund umher von einem Gebirge umgeben, von welchem er den Namen hat. Hübn.

BARYTICA, vid. TERRA PONDEROSA s. BARYTICA.

BARYTIS: *Nehézszög, Sulyság*. Baryt, Schwerspath. — Barytis, βαρύτης: Gravitās. Graec. substantivum, derivatum a βαρὺς, ponderosus. Nomenclatura, καὶ ἐξ ὧν, quia gravitate omnes alias notas terras superat; et metonymica, quia abstractum pro concreto ponitur.

*) Terra ponderosa s. barytica, die Schwererde oder Baryterde, unterscheidet sich schon durch ihr beträchtliches Gewicht. Esper. Min. p. 212 — 219. Baryterde, Schwererde, ist ein beträchtlich schweres Fossil, in welcher Eigenschaft sie alle andere bekannte Erdarten übertrifft. Richter Lexie. Schwererden Geschlecht. Die Grunderde dieses Geschlechts giebt sich in allen den Mischungen, in welchem sie den charakterisirenden Bestandtheil ausmacht, durch ihre beträchtliche Schwere zu erkennen; denn sie besitzt in ihrem reinen Zustande einen ungleich

grösseren Grad von specifischer Schwere, als die Grunderden der vorhergehenden Gattungen, indem sie sich verhält 4,000 : 1000. Der grosse Grad von specifischer Schwere war die Ursache, dass man sie lange für einen Metallkalk hielt. Widenm. Min. p. 552.

BARYTIS BONONIENSIS: *Bonni Sulyság*. — vid. sub BARYTIS RADIATUS. — Bononien-sis, videsis Ibid.

BARYTIS COLUMNARIS: *Ostlopos Sulyság*. Säuliger Baryt.

BARYTIS COMPACTA, **BARYTIS PONDEROSA Densa**: *Tömött Sulyság, Sűrű Nehéz Sulyság*. Dichter Baryt, Dichter Schwerspath. Linn. Gm. Baryt. 6. sp. compacta. Suck. 1. 693. Barytes densus.

BARYTES DENSUS: *Sűrű Sulyság* — vid. sub BARYT. COMPACTA.

BARYTES DYSODES, **HEPATITES**, **GYPsum LAPIS HEPATICUS**: *Büdös Sulyság, Májded, Föttföld Ké Máj*. Hepatit, Leberstein. Linn. Gm. gen. 25. sp. 2. Hepaticus squamosus. — Dysodes, δυσώδης: Gravit olens, foetidus. Graecum adiect. compositum ex particula inseparabili, δύσ, difficulter, et ὄζω, oleo. — Hepatites. ἡπατῖτης: Jecoralis, Hepar referens. Graecum adiect. substantive sump-tum, subintellig. λίθος, derivatum ab ἥπαρ, αἶος, hepar, cum form. similitudinis, ἰτης, quod videsis sub CIRCONITES.

Gypsum,

— Gypsum, vid. sub CALCA-
RIUS GYPSUM.

*) *ἥπατις*: Jecoralis. 2. Lapi-
dis gemma. Heder. Hepatites.
Gemma. quae a iecinoris figura
nomen habet. Gesn. Plin. 37,
11 Si quidem a membris corporis
habent nomina. Hepatites a ie-
cinore. etc.

BARYTIS FIBROSA: *Szálas*

Sulyság. Faseriger Baryt.

BARYTIS FRIABILIS; vid. BA-
RYT. PONDEROSA FRIABIL.

BARYTIS GRANULARIS: *Suly-
ság Dara*. Körniger Baryt, Kör-
niger Schwerspath. Linn. Gm.
gen. 6. Bar. sp. 5. β.

BARYTIS LAMELLATA: *Leve-
gücskés Sulyság*. — vide sub
Baryt. Lamellosa Non Soluta.

BARYTIS LAMELLOSA: *Leve-
gücskés Sulyság*. Schaaliger
Baryt.

BARYTIS LAMELLOS. NON SO-
LUTA: *Olvadatlan Levegücs-
kés Sulyság*. Fächer-schaaliger
Baryt, α. Krummschaaliger Ba-
ryt, Hahnenkammförmiger Baryt,
oder Schwerspath. β. Geradschaal-
iger Baryt, Gemeiner Schwes-
sath. Linn. sp. 6. lamellata.

BARYTIS LAMELL. SOLUTA:
Olvadt Levegücskés Sulyság.
Mulmaer Schaaliger Baryt.

BARYTIS PONDEROSA Densa;
vid. BARYTIS COMPACTA.

BARYTIS PONDEROS. FRIABI-
LIS, BARYTIS TERRESTRIS:
Morzsolódó Nehéz Sulyság,
Földes Sulyság. Erdiger Ba-
ryt, Mehlspath. Linn. Gm. gen.
6. Bar. sp. 5. terrestris.

BARYTIS RADIATA, LAPIS s.
PHOSPHORUS BONONIEN-
SIS: *Súgárló Sulyság*, *Bo-
noni Világító v. Kö*. Bolog-
neser Stein, Bologneser Spath,
Strahliger Baryt. Linn. sp. 8.
B. bononiensis. — Bononia, ci-
vitas Metropolitana, provinciae
eiusdem nominis.

Pars I. Lex. Min. Etym.

*) Lapis s. Phosphorus Bononiensis
— zu Bologna auf dem Monte pa-
terno. Esp. Min. p. 226. Bo-
nonia, Bologna, die alte Haupt-
stadt des gleichnamigen Ge-
biets, in Italien, zwischen den
Flüssen Reno und Savona. Am
Flüsschen Avesa. — Man findet
hier auch die so genannten Bo-
logneser Steine, die man bloss
am Berge Paterno antrifft, und
welche die sonderbare Eigen-
schaft haben, dass sie leuchten,
wenn sie calcinirt werden. Hübn.

BARYTIS SCAPIFORMIS: *Ko-
csánképi Sulyság*. Stänglicher
Baryt, Stangenspath, Nadelkör-
miger Schwerspath. Linn. sp.
7. B. vulg. 6 — Scapus, vide-
sis sub SCAPOLITHES.

BARYTIS SOLUTA; vid. BAR.
LAMELL. SOLUTA.

BARYTIS STILLATITIA: *Cse-
pegös Sulyság*. Getropfter Ba-
ryt. Linn. Gm. sp. 8.

BARYTIS TERRESTRIS, vide
BAR. PONDEROS. FRIABIL.

BARYTIS VULGARIS: *Köz Suly-
ság*. — vid. sub BAR. SCAP-
FORM.

BARYTIS WITHERINGII: *Wi-
thering Sulysága*. — vid. sub
BAR. WITHERITES. — Vilhel-
mus Withering, Medicinae Do-
ctor, Physicus in Nosocomio
Generali Birminghamensi, in
Comitatu Warwickshire, in An-
glia. Opera eius vid. infra.

*) Withering (William) Physician to
the General Hospital at Birming-
ham, Warwickshire: F. R. S. Ex-
periments on the different kinds
of marle found in Staffordshire,
(Phil. Transact. 1775. p. 161).
Dissert. de Angina gangrenosa.
Edinb. 1776. 8. Botanical ar-
rangement of all the vegetables
growing in Great Britain. Vol. 1,
2. 1776. 8. (14. sh.) Ed. 2. Vol.
1 — 5. 1784. (17. sh. bd.) Ac-
count of the scarlet fever and
sore throat, 1779. 8. (1. sh. bd.)
übers. von J. A. J. Saur. Frankf.
1781. 8. übers. Sammlung f. A.
Th. 3. S. 251. Account of a

new method of impregnating water with fixed air. (Priestleys Experim. in Nat. Philosophy Vol. 2. p. 389.) Analysis of two mineral substances; viz: the flowley ragstone, and the toadstone. (Phil. Transact. 1782. p. 327.) Torb. Bergmans Outlines of mineralogy translated 1783. 2. (2. sh. 6d.) Experiments and observations on the terra ponderosa. — (Phil. Transact. 1784. p. 293.) übers. Samml. Z. P. U. Ng. Th. 3. S. 737: Account of the floriglove and some of its medicinal uses. 1785. 8. (5. sh.) übers. von G. F. Michaëlis. Leipz. 1786. 8. übers. Samml. f. A. Th. XI. S. 135. Account of some extraordinary effects of lightning. (Phil. Transact. 1790. p. 293.)

BARYTIS WITHERITES: *Withering Nehézsége.* Witherit. Linn. Gm. gen. 6. sp. 1. B. Witheringii. — Witherites: Witheringianus, Qui a Witheringio detectus est. Adiectivum heuretoticum, a cognomine Withering (quod vide sub BARYTIS WITHERINGII) detruncato, cum formativo heuretotico, *ἡρῆς*, quod vide sub SILEX PREHNITES.

BASALTES: *Vasképi.* Basalt. — Basaltēs: Ferrum referens, Ferrarius. Barbarum adiectivum, absolute sumtum, subintelligendo *ἄσξ*, derivatum ab aethiopico substantivo, basal, ferrum, cum formativo similitudinis, *ἄσξ*, quod vide sub CIRCONITES.

*) Plin. 36. 7. Invenit Aegyptus in Aethiopia, quem vocant basaltē, ferret coloris atque duritie. Unde et nomen ei dedit. Nunquam hic maior repertus est, quam in Templo Pacis ab Imperatore Vespasiano Augusto dicatus. Voss. Basaltēs, est marmor, ferrum et coloris et duritie imitans, atque inde aethiopico nomine ita vocatum ab Aegyptiis, qui illud in Aethiopia invenere. Non Basal, Aethiopicibus, ferrum significat, uti Hebraeis *בַּרְזֵל*:

basel, unde Aethiopicum illud eieciā litera caninā. Richter Lex. Basalt, Pfeilstein, ist eine graulich schwarze, bisweilen ins Blau-Schwärzlich-Asch- und Blau-graue übergehende Steinart. — Seinen Nahmen führt er, von dem Aethiopischen Worte, Basal, welches einen eisenhaltigen Stein bedeutet.

BASALTES COLUMNARIS: *Στοβ. ros Vasképi.* Säulenbasalt. Linn. Gm. Basaltēs. gen. 54. sp. 2. columnaris.

BASALTES PYRAMIDALIS: *Λόγγ. ded Vasképi.* Pyramidalbasalt. Linn. Gm. gen. 34. sp. 5. Basaltēs pyramidalis. — Pyramidalist Pyramidem referens. Graecum adiect. a substantivo *πυραμῖς*. moles, v. figura in modum flammæ ignis attenuata, quod a *πῦρ*, ignis. Heder.

*) Pyramis. Moles maxima in quadrata basi, ita constructa, ut e lato in acutum tendat in formam flammæ, quæ latior surgens, in acutum desinit. Gesn. Pyramides in Aegypto erant. Structuræ ex quadratis lapidibus admirandæ, fastigiatæ ultra omnem excelsitatem, quæ manâ fieri posset, ut scribit Solin. c. 43. etc. Et sub illis reges sepulti vid. Plin. 36. 5 et 12. Plures in Aegypto exstiterunt, nullæ tamen clariore, tribus illis, quorum Pompeius Mela 1. 3 meminit, quæ orbem implere fama, conspicuæ undiquæ adnavigantibus, sitæ in parte Africæ, monte saxeo sterilique inter Memphim oppidum, et Delta vid. Tacit. Annal. 2. 61. Ammian. 22. 15. Martial. Spectacul. 1.

BASALTES SCHISTUS (non Schistosus ut Esper scribit): *Hasadô Vasképi.* Tafelbasalt. Linn. Gm. B. Trapezum. sp. 1. schistosus. — Schistus, non Schistosus, vid. sub SCHISTUS.

BASALTES TRAPEZUM: *Asxtal Vasképi.* — vid. sub Basaltēs Schistus. — Trapezum, *τράπεζα*,

Mensa, quasi per Aphaeres. pro
 τετραριζα. Ex τετρας, numerus
 quaternarius, et πίζα, pes.

Schrevel.

BASALTES TUNICATUS: *Bur-*
kos Vasképu. Rugelbasalt. Linn.
 Gm. sp. 8. B. tunicatus.

BASALTES WACA (non Wacca
 ut Esper scribit): *Sejt Vaské-*
pü. — vid. sub WACA.

BASALTICUS: vid. **TOFUS BA-**
SALTICUS.

BASANITES, SILEX SCHISTUS
JASPIDEUS, LAPIS LYDIUS:

Kém v. Mutató Kitétszódéd,
Hasadó Kova, Lydi Kő. Jasp-

isartiger Kieselstein, Lydischer

Kieselstein, Lydischer Stein,

Probirstein, Schwarzer Jaspis,

Schwarzer Kiesel, Basanit. Linn.

Gm. sp. 2. Lydius genuinus. —

Basanites; βασανίτης: Explora-

tor, Explorans. Graecum ad-

iect. substantive positum, sub-

intellig. λείος, derivatum a βά-

σανος, tentamen. — Jaspideus,

ιασπίδιος: Jaspidis colorem re-

ferens. Adiect. derivatum a ιάσ-

πις, quod videsis sub **SILEX JAS-**

PIS. — Lydius, λυδίας: Qui

ex Lydia est. Adiect. derivatum

a Lydia, cognomine regionis

in Asia, Aeolis et Jonis vici-

nae; ubi primum, in Tmolo flu-

mine, Lapis dictus Lydius in-

uentus est.

*) **Basanites, βασανίτης.** Lapis, ex
 quo fiunt cotes. Gesn. Plin.
 36. 20. Experimentum eius est
 ex cote, ex lapide Basanite.

Add. c. 22. Dictus Basanites, από

της βασανίτης, quod est explo-

rare v. exanimare. Unde et βά-

σανον dicunt Graeci pro Indice,

cuius attritu exploratur aurum.

Jaspideus, ιασπίδιος, adi.

Qui iaspidis colorem refert. Ges-

ner. Plin. 37. 10. Lydius,

λυδίας, λεία, ογ. Aurifer amnis

Lydius Tibull. 3, 3, 29. (Intelli-

git Pactolum). Sonus Lydius,

et modus musicus, de quo Plin.

7, 56. Lydius modulos inuertit

Amphion. Lapis Lydius, idem

qui Heraclius, quem Latini vo-

cant Indicem, in quem Battus

ille pastor, apud Ovid. Met. 2.

688. transfiguratus est, manente

nimirum etiamnum in lapide pro-

dendi studio. Plin. 33, 8 Auri

argentique mentionem comita-

tur lapis, quem cotiulam ap-

pellant, quondam non solitus

inveniri, nisi in flumine Tmolo,

ut auctor est Theophrastus: nunc

vero passim, quem alii Heracli-

um, alii Lydium vocant. Sunt

autem modici, quaternas uncias

longitudinis, binasque latitudi-

nis non excedentes. Iis cotiulis

periti, quum e vena aut lima ra-

puerint experimentum, protin-

us dicunt, quantum auri sit in

ea, quantum argenti, vel aeris,

scrupulari differentia, mirabili

ratione non fallente. Quem-

admodum autem magnetis vox est

πολύσημος, ita et Lydii lapidis.

Nam interdum sic dicitur Hera-

clius lapis, qui ferrum trahit:

interdum quo aurum probatur.

Priori modo sumitur in hoc tro-

chaico: λυδική λίθος σίδερον

τηλόθεν πρόσηγάγει. De eodem

Hesychius, de Heraclio lapide,

sive magnete: κέκεται δε έτος

απή Ηερακλείας της έν λυδία

πόλεως. διδ ή σοφοκλής λυ-

διαν λίθον αυτήν καλεεί. Ac

eum quoque, quo aurum Proba-

tur, sic vocari indicat Plin. 33,

8. Auri argentique mentionem

comitatur lapis, quem cotiulam

appellant, quondam non solitus

inveniri, nisi in flumine Tmolo,

ut auctor est Theophrastus: nunc

vero passim, quem alii Heracli-

um, alii Lydium vocant. Voss.

sub Magnes. Unde discimus non

tantum illud, vocari eum Lydi-

um lapidem, sed etiam idcirco

sic vocari, quia primum inven-

tus sit in Tmolo. Lydiae flumi-

ne. Sed quod addit, aliter dici

Heraclium, id in dubium vocari

possit. Nec enim Heraclius lapis

aliter unquam accipi videtur,

quam pro eo, qui ferrum trahit,

atque ex eo etiam σιδερίτης no-

minatur. Lydia, *Λυδία*. Asiae regio, Aeolis et Jonis vicina, nota est Croesi fortuna, et rebus gestis, tum etiam Pactoli fluvii fama, aurum trahentis. vid. Pompon. 1, 2. Virg. Georg. 4, 211. Praeterea regem non sic Aegypto, et ingens Lydia nec Populi Parthorum etc. Lydia tota fremit. Ovid. Met. 6, 146.

BERYLLUS, videsis **AQUA MARINA**.

BERYLLUS NOBILIS: *Nemes Kristály*. Edler Beryll.

BERYLLUS SCORLACEUS;

SCORLITES: *Salakorskás Kristály*, *Salakorskaded*. Schörl-artiger Beryll, Schörlit, Weißer Stangenstein. Linn. Gm. gen. 40. Gemma, sp. 9. Scorialites. Scorialaceus: Qui ex scorlo, rectius scorillo, est. Adi. derivatum a scorlus, quod vid. sub **SILEX SCORLUS**. Scorialites: Scorum, rectius scorillum referens. Adiect. substantive positum, subintellig. *λίσκος*, derivatum a scorlus, quod vid. sub **SIL. SCORL.** cum formativo similitudinis *της*, quod vid. sub **CIRCONITES**.

BITUMEN: *Enyv*. Erdöl, Bergöl.

BITUMEN ASPHALTUM TERROROSUM, videsis **ASPHALTUM TERREUM**.

BITUMEN ELASTICUM, vid. **ASPHALTUM** s. **BIT. ELASTIC.**

BITUMEN GAGAS: *Gágási Enyv*. — vid. sub **GAGAS**, ubi et **GAGAS** vox resolvitur.

BITUMEN LITHANTHRAX: *Kőszén Enyv*. — vid. sub **LITHANTHRAX SCHIST**.

BITUMEN MALTA (non Maltha ut Esper scribit), **BITUMEN TENAX**: *Máltai Enyv*, *Ragadós Enyv*, *Hegyi Dohot*, v. *Kátrány* v. *Dekecz* v. *Kulimáz*. Bergtheer, Zähes Erdpech, Seewachs, Maltha, Barbados-theer. — Malta: Quod ex insula Malta est. Est cognomen unius

maioris insulae Italiae, circa quam in minoribus insulis hoc bituminis genus magna copia inventum est. Haec nomenclatura facta est metonymice, continens pro re contenta sumendo. Talis denominationis mineralogicae exemplum vide in **ACHATES**.

*) Bitumen Maltha. Fr. Malta. Engl. Malta-Coal. — Ehemals wurde es häufig auf einigen kleinen Inseln bey Maltha gefunden, woher auch noch sein Name kommt. Wiedenmann Mineralog. pag. 622 — 623. Melita, Malta, insula meridionalis Italiae. Geograph. Tomka Szászky. Die Insel Malta, südlich von Sicilien. Erdbeschreib. von A. Chr. Gaspari.

BITUMEN MUMIA: *Fülszer v. Fedhetetlen v. Viasz v. Földgyanta v. Balzsam Enyv*, Mumie, Bergbalsam, Mineralische Mumie, Muminabi (pers.) Linn. Gm. Bit. sp. 5. Mumia. — Mumia: Amomum, vel Irreprehensibile, Cera, Resina terrestres, Balsamus. Juxta alios derivatur ab amomum, *ἀμωμον*, aroma, quo coniunguntur artificiales mumiae, et quod Graeca significatione, irreprehensibile, notat; iuxta alios est originis Arabicae; deductum ab Arabico, muma, cera; denique alii contendunt hanc vocem oriri a Koptico, mum, resina terrestres.

*) Mumia, vox Arabum et Officinatum, Avicennae mوميا. Blanc.

Die Mumie — Das Wort ist unstreitig morgenländischen Ursprungs, obgleich dessen Abstammung so ausgemacht noch nicht ist. Einige leiten es von dem Wort *ἀμωμον*, her, welches der Name eines bekannten Gewürzes ist, dessen man sich zur Zubereitung der künstlichen Mumien bedient haben soll; andere von dem Arabischen, Mu-

ma, Wachs; andere von andern Wörtern. — In Koptischen ist, Mum, Erdharz. Adel. Amomum, *ἀμωμον*, uva ex India la-brusca, vel potius frutex, cuius lignum ita in se convolvitur, ut *βότρυς*, seu uvam referret. Adeatur de eo Theophrastus Hist. Pl. l. 9, c. 7. Diosc. l. 1, c. 14. Plin. l. 12, 13. Videri possit a praestantia dictum, quasi *ἀμωμη*, *ἀμωμον*. Nam *ἀμωμος* idem ac *ἀμωμητος*, irreprehensus, reprehensione maior. Sed potius vox ea est ab Orientalibus. Sane Arabibus vocatur *مومون*, amama. Movet etiam, quod Maro in Eclogis dicat, Assyrium amomum. Et Papinius in epicedio Pileti Ursi, ait: — Phariaeque exemta voluceri Cinnama, et Assyrios manantes gramine succos. Ubi per Phariam volucrem intelligit Phoenicem, quod Heliopolim Aegypti urbem devolaret: at per Assyrium gramen signat amomum. Quomodo de Phoenice itidem loquens, vocat *Avienus*, his verbis: Ales, amica Deo, largum congressit amomum. Ubi per Deum intelligit Solem. — Unde Pers. Sat. 3, v. 104 Tandemque beatulus alto, Compositus lecto, crassisque lutatus amomis In portum rigidos calces extendit. Hinc unguenta, quibus corpus condirent, vocant amomiam: unde postea truncata voce, fecere momiam, et mumiam; ut nunc loquimur. Voss. Mumijs: Orig. Graec. Theriaca, Omne antidotum, Vinum, Mumia, Gol. Lex. Arab. Latin. Martial. l. 5, epigr. 65. Pingvescat nimio madidus mihi, crinis amomo. Dioscoridi et Galeno, *ἀμωμον*. Veterum quodnam sit (Amomum), adhuc sub iudice lis est. Sunt enim, qui rosam Hierichuntis esse velint: alii aliud quid esse contendunt. Officinae duplex semen sub amomi nomine monstrant, quorum alterum majus, nigrum rotundumque est, instar granorum piperis rotundi, vel cubearum, gustu minime acre, quod videtur veterum esse Sison, Diosco-

ridi memoratum. Alterum minutum semen et pallidum, utrumque raro in usu, locoque Amomi Veterum reperitur Acorus. Ingreditur Theriacam, Amomum et Cardamomum minus, quae in officinis prostant, putant nonnulli fructus esse plantarum genere convenientium, specie vero saltem differentium, et quoniam illa differentia in fructuum dumtaxat forma, h. e. rotunda aut triangulari consistit, folia autem conveniunt, nec fructus hac in regione unquam producuntur: hanc plantam pro utrisque spectandam exhibent. Dicitur ab odore bono, qui reprehendi minime queat: *μωμος* enim est reprehensio, et *ἀμωμος*, reprehensioni non obnoxius. Sed forte origo est ex Orientalibus lingvis repetenda, a mum, vel mom, quod pretiosum balsamum, viribus praeclaris in medicina praeditum, denotat: cui praemissa litera, a, videtur esse articulus Arabum al. In illa enim lingua, l, articuli ante, m, et alias quasdam literas non pronuntiatur. Svadent hoc credere poetae, qui inter species ad pollincturam, magnatum requisitas amomum referunt. Quumque plura aromata fragrans oleum possidentia, in terminationem, amomum, exeant, ut: cardamomum, Cinnamomum, tanto magis fit verisimile hanc terminationem significare aliquid fragrans, balsamicum, priores autem literas pro differentia denotanda fuisse adiectas, Blanc,

BITUMEN NAPHTHA: Csepegett, v. *Elevenolaj Enyv*. Naphtha, Wohlriechendes Bergöl, Bergbalsam. Linn. Gm. gen. 71. 1. — Naphtha, *נפט*: Stillatitium. Chaldaicum vocabulum. Lingva enim Chaldaica haec itidem Bituminis species *ܒܝܬܡܝܢ*, ac *ܢܦܬܐ* nuncupatur, derivatur a radice itidem Chaldaica *ܢܦܬ*, stillare. Nam naphtha profluit liquidi bituminis modo, teste Plinio. Latini nominant hoc bitumen,

oleum vivum, quia est ignis rapacissimum.

- *) Plin. 2, 105. Similis est natura naphthae: ita appellatur circa Babyloniam et in Austaginis Parthiae, bituminis liquidi modo, huic magna cognatio ignium, transiliuntque protinus in eam undecunque visam. Ita ferunt a Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne raptam. Haec Plinii verba plurimum afferunt lucia Horatio scribenti Epod. 3, 13. Hoc delibatis ultra donis pellicem Serpente fugit alite. Etsi iocatur, allio, non naphtha fuisse imbutam coronam. Appellare videntur Latini hoc genus bituminis liquidi, oleum vivum. Gratius 434. Vulcano condita domus, quam subtereunti Stagna sedent venis, oleoque madentia vino. Turneb. Sed Conf. Ulitius. Add. Plin. 2, 105 et 35, 15. Ammian. 23, 23. Ex recentibus Olear. Itinerar. Pers. 4, 9.

Voas, Naphtha, *νάφθα*, Chald. *נפח*, ac *נפח*, a *נפח*, stillare. Nam (ut Plinius ait, l. 2. c. 105, profuit bituminis modo. Haec vera origo: non illa adducta ab Ambrosio, libro de Noë et arca, c. 6. ubi ait: Graeceditur *νάφθα*, *παρά τὸ συνάπτειν*, quod disiuncta connectat, nexuque constringat indissolubili, ut naturali unitate sibi credas convenire.

BITUMEN PICEUM: *Szurkos Enyv.* — vid. LITHANTHR. PICEUS.

BITUMEN SEVUM: *Zsir Enyv?* Mineralischer Zalg, Mineralisches Insehlitt, Bergtalf, Bergfett, Berglassen. (Zinnländisch). Linn. Gm. Bitum. gen. 71. sp. 10. Sevum.

BITUMEN TENAX; vid. BITUMEN MALTHA.

BLEND A, vid. ZINK. MIN. BLEND A.

BLEND A BRUNA, vid. ZINK. MINER. BLEND. BRUNA.

BLEND A FLAVA, vid. ZINK. MIN. BLEND. FLAVA.

BOLUS: *Rög.* *Vel,* *Peselerde,* *Yemnische = Stigauer = Armenische Siegelerde.* — Bolus, *βῶλος:* *Gleba.* Graec. substantivum. Ita dicitur, quia n. p. haec gemma glebae similitudinis est.

*) Bolus gemmae nomen. Gesner.

Plin. 37, 10 Boloë (*βῶλοι*) nimbo inveniuntur, glebae similitudine. Ex hac significatione est officinarum nomen Bolus Armenia (*βῶλος Ἀρμενία*), Gleba terrae, quae invenitur in Armenia. Gesn.

BONONIENSIS, vid. BARYTIS BONONIENSIS, et LAPIS s. PHOSPHORUS BONONIENS.

BORACITES: *Mosóded.* *Mosó. tajtékdéd (Salétromded).* Boracit, Sedativ oder Boraxspath, Kalkartiger Borax oder Quarz, Kubischer Quarz, Würfelstein. Linn. Gm. gen. 27. Boracit. cubicus. Boracites: Nitro similis. Adj. substantive sumtum, subintellig. *λῆθος;* derivatum a borax, gen. boracis, cum format. similitudinis graec. *της;* quod vid. sub CIRCONITES.

BORAX: *Mosó, Mosótajték (Salétrom).* Borax. — Borax, Nitrum Arabicum, corruptum ex Baurach, nitrum. Conf. NITRUM.

*) Baurach: Nitrum, aphonitrum, et quod hinc petatum nomen, vulgo Borax. Lex. Arab. Gol.

Borax — Nomen depravatatum est ex Arabico, Baurach, quod illi adhibent nitro designando. Blanc. Der Borax — Da der eigentliche Borax durch die Araber in Europa bekannt geworden; so soll auch dessen Name Arabisch seyn. Adel.

BORAX TINCAL: *Termék Mosó.* Tincal, Natürlicher Borax, Rosher Borax. Linn. Gm. gen. 65.

— Tineal: Borax nativus. Vox barbara, in Thibet usitata.

*) Tineal, Tinkal, Tinchol. Reuss. Lex. Min. Tinkal. Lange hielt man den Tinkal oder Borax für ein Product der Kunst, bis Herr Engestrom eine Nachricht bekannt machte, nach welcher sich der Tinkal oder rothe Borax in Thibet findet. In neuern Zeiten haben auch andere Reisende diese Nachricht bestätigt, und versichert, dass sich der Tinkal auch in Persien auf dem Grunde von einigen Seen erzeuge; und sich in beträchtlichen Massen daselbst anlege, wo er alsdann von den Einwohnern gleichsam herausgefischt, getrocknet, und nach Europa verschickt wird, wo man ihn von neuem auflöset, und wieder einschissen lässt, um ihn von allen Unreinigkeiten zu reinigen. Der gereinigte Tinkal wird alsdann erst Borax genannt, und bey verschiedenen kleinen metallurgischen Arbeiten gebraucht. Widenm. Min. pag. 615.

BOTRYOLITHUS: Szőlőkő. Szarv, Botryolith. Botryolithus, βότεριολίθος; lapis botro vel uvae similis. Est graecanicum, compositum ex βότερος, uva, et λίθος, lapis. Denominatio facta esta figura, quia superficies externa saepe granulata est. Vid. Anorganogn Reisinger.

BRECCIA: Omladék. Breccie, Wurfstein, Nagelfluth. Linn. Gm. p. 244. Brecc. sp. 1 — 24. — Breccia: Ruptura, Ruina, Tormentorum bellicorum continua exoneratione deiecta valla, seu muri. Vox Italica.

*) Breccia, breche, eine Lücke oder Loch, so durch das Schiessen der Gestück in den Wall oder Mauer gemacht ist; tormentorum bellicorum continua exoneratione perforata aut deiecta valla, seu muri. Dizz. Veneroni. Breccia — Lat. Impressio, ruptura. Vocab. Crusca.

A carbo est carbunculus, ut a fur, furunculus, ab avus, avunculus. In propria significatione usus Plautus. Hinc transfertur ad varia. Transfertur ad gemmae genus, ob ignis similitudinem, de quo ita Isidorus I, 16, c 13: Omnium ardentium gemmarum principatum carbunculus habet. Carbunculus autem dictus, quod sit ignitus ut carbon, cuius fulgor nec nocte vincitur. Lucet enim in tenebris adeo, ut flammam in oculos vibret. Genera eiusdem duodecim, sed praestantiores qui videntur fulgere, et velut ignem effundere. Carbunculus Graece *ἀνθράξ* dicitur. Species Carbunculi est Garamanticus, et amethystizon, vid. Plin. 37, 7 Horum (i. e. carbunculorum) genera Indici, et Garamantici, — Optimos vero (carbuncul.) amethystizontas, hoc est, quorum extremus igniculus in amethysti violam exeat. De alabastrico carbunculo vide ibid. Plinium, ut et de ceteris carbunculorum generibus. Carbunculus, Plinii Spinellus. — Theophrasti: Granatus nobilis, Carbunculus amethystizontes Plinii, item Carbunculus garamanticus antiquorum. Granatus nobilis Reuss Lexic. Min. Carchedonius et Chalcedonius differunt. Chalcedonius est species jaspidis: de quo alibi. At Carchedonius species est carbunculi. Unde pro eodem habet Publius Syrius, cum ait: Quo Carchedonios optas ignes lapideos, nisi ut scintillant? pietas est carbunculus. Ubi videmus Carchedonium dici scintillare, vocarique ignem lapideum, ac mox carbunculum nominari. Carchedonius autem

dictus a Carthagine, quae Graecis *Καρχηδόνη*. Non quasi Carthagine nasceretur: sed quia e Garamantibus Carthaginem, inde ad alios adveheretur. Hinc Plin. 37, 7 Horum (carbunculorum) genera Indici et Garamantici, quos et Carchedonios vocare, propter opulentiam Carthaginis magnae. Dalecampius in Notis ad Plinium: Carchedonios. Theophrastus lib. *περί λίθων* afferri praestantissimos a Carthagine et Massylia tradit. Idem. Propter opulentiam. Propter divitias mercatorum eius civitatis, qui ex Garamantibus, Aethiopiaeque et Persiae populis advehebant. A carchedonio hoc carbunculo diversus est, qui *ἀνθράξ* vocatus Carchedonius: qui Plinio auctore, non apud Indos, sed apud Nasamones in Africa, inque Aegypto circa Thebas, nascebatur:isque e locis portabatur Carthaginem: unde et idem Carchedonii nomen accepit.

SILEX JASPIS. *Kitetszō Kova.* *Ἰάσπις*. — Jaspis, *Ἰάσπις*: Eminens. Hebraica vox, a radice *ἵσῃ* sapah, emineo, excelsus fuit.

*) Jaspis, *ἰάσπις*, ab *ἵσῃ*, quomodo Hebraeis vocatur, ut Exodus. 28. 19. Plin. 37, 9 Totus vero Oriens pro amuletis traditur gestare eam (sc. jaspidem), quae ex iis smaragdo similis est, et transversa linea alba media praecingitur, et grammatis vocatur, quae pluribus polygrammos. Libet obiter vanitatem Magicam hic quoque coarguere, quoniam hanc concionantibus utilem esse prodiderunt. — Magnitudinem jaspidis undecim uncium vidimus; formatamque inde effigiem Neronis thoracatam. Jaspis, *ἰάσπις*, *ἵσῃ* valgo a radice *ἵσῃ* inusitata, et ignotae significationis derivari solet. Potest autem esse etiam ex radice *ἵσῃ* emineo, excelsus fuit! Joann. Nep. Alber, Clericus Regularis, e Scholis Plis, S. Theo-

log. Doctor, Lingvarum Orientalium, et S. Scripturae in Archi-Episcopali Lyceo Colocensi Professor.

SILEX JASPIIS PORCELLANITES: *Porzellanded Kitetszö Kova.* Porcellan Jaspis, Porcellanstein, Porcellanit. Linn. Gm. Jasp. sp. 5. porcellana. — Porcellanites: Porcellanam forma referens. Peregrinum adiectiv. ab Italico, porcellana, cum formativo similitud. *της*, quod vide sub CIRCONITES. — Porcellana, vid. sub ARGILLA PORCELLANA.

SILEX MALACOLITHES; vide SAHLITES.

SILEX MARECANITES: *Marekankai Kova.* Marekanit, Marecanstein, Glas-Schlacken-Jaspis, Zersith. — Marecanites: Qui in fluvio Marekanka repertus est. Patronymic. adiect. a truncato Marekan, pro Marekanka, cognomine rivuli in Siberia, cum format. patronymico, *της*, quod vide sub ARENDALIT.

*) Silex Marecanites — Findet sich in Perlstein, eingewachsenen Körnern, bey Ochozk, am Ausflusse des Baches Marekanka, in Sibirien Esp. p. 97.

SILEX MARTIALIS, SORANUS WALLERII: *Vasas Kova, Waller Soraija.* Eisenkiesel, Krystallfetter Pechstein. Linn. Gm. gen. 40. Gemma, sp. 14. Soranus. — Martialis: Ferreus. Adiectivum, a Mars, cognomine Dei belli, chymicis vero pro ferro aut chalybe sumto. — Soranus, *Σωρανός*; Qui ex oppido Sora est. Patronymicum adiectivum, absolute sumtum, subintelligendo lapis, a Sora, cognomento oppidi Neapolitani. Wallerius, vid. sub MOLYBD. WALLERII.

*) Mars, belli Deus, sed a chymicis sumitur pro ferro aut chalybe. Unde martialia dicuntur medica-

menta, quae ex Marte parantur, G. Eisen. Stahl. Blanc. Sora, *Σωρα*. Oppidum Volscorum in Campania, cuius meminit Plin. 3, 5. Intus coloniae, Capua — Aquinum, Suessa, Venafrum, Sora, Liv. 10. 1. Juven. 3, 223 Optima Sorae aut Fabrateriae domus, vid. Silv. 8, 396. Sora oppidum supra Apinum et Ciceronis villam Fibernique confluentem apud dextram Liris ripam situm est. Hinc Soranus. Gesn.

Sora, urbs et col. Latii. Sora, Stadt und Bezirkshauptort in der Neapolitanischen Landschaft Terra di Lavoro, am Flusse Garigliano. Hübn. Soranus — Ditis seu Plutonis cognomen, a *σφοδς*, locus, sepulchrum. Aliqui censent dictum esse a Sora oppido ad Soractem montem sito, quod Plin. 2, 20 tradit eo in tractu tam pestiferos spiritus exhalari, ut avibus sint lethales, unde videri posse, Plutonem dictum esse Soranum non dissimilatione ab ea, qua Avernum pro Inferis Poetae acceperunt. Servius Valerius Soranus.

Item, Caberon Soranum. Id. 6. 28.

SILEX NATANS: *Úszó Kova.*

Schwimmstein, Quarz nectique.

SILEX OBSIDIANUS: *Obsid Kova.* Obsidian. — Obsidianus: Per Obsidium inventus. Heurtoricum adiectivum; ab Obsidius, cognomine inventoris, qui hunc lapidem primo in Aethiopia reperit.

*) Obsidianus, *ὀψιδιανός*. Obsidianum vitrum, de quo Plin. 36, 26 In genere vitri et Obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Aethiopia invenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando et translucidi, crassiore visu, atque in speculis parietum pro imagine umbras redente, Gemmas multi ex eo faciunt, videmusque et solidas imagines divi Augusti, capti materia huius crassitudinis: dicavitque ipse pro miraculo in templo Concordiae Obsidianos quatuor elephantes. — Fit et in tincturae genere Obsidianum ad es-

caria vasa, totum rubens vitrum, atque non translucens haematium appellatum. Salmasius vocem, Obsidianus vult derivare ab, ὄψις, visus, hoc argumento: quia Plinius ipse dicit, inquit Salmasius, quod Obsidianus sit „visu crassiore“: porro, quod Arrianus in periplo de Insulis Aethiopiae, et Graecorum ὀψιαδός, et non ὀψιδιαδός, dicat. Porro Latinorum Obsidianus ἀναλόγως sit ab ὀψιδι-ος quod ὑποκριτικόν ab ὄψις. Demum ὀψιος nomine hic pupula signatur. Hesychius: Κόρα, ὄψις. Nam pupulae instar, nigerimi est coloris, et instar pupillae reddit imagines: ut ex Plinio patet. Haec Salmasii originationi mihi videtur esse hiulca.

SILEX OPALUS: *Σσιβάρνάνυ v. Szemes v. Tekintetes v. Szerelem v. Opali Kova.* Opal. — Opalus, ὀπαλος, ὄπαλος v. ὀπάλος: Iris, Paederota, Ocularis, Aspectabilis. Qui ex loco Opal dicto est. Ignotae originis vox. Antiqui nuncupabant hanc gemmam, Iris, quia iridem ludit spectantibus. Paederota etiam, seu, puer amor, vocabatur, propter venustatem, vel iuxta Orpheum, quia colore suo venusti pueri cutem refert. Isidorus vult, nomen ei datum esse ex Patria. Demum, forte derivari potest a Graeco ὄψ v. ὄψ, ὀπός, acc. ὀπα, oculus, vultus.

*) Opalus, ὀπαλος, unde ὀπάλιον sive ὀπάλλιον, quomodo haec gemma Orpheo dicitur libro πρὶ λίθων. India sola opali mater est, ut ait Plinius, lib. ult. cap. 6. Similiter de eo Isidorus l. 16, c. 11 Opalus distinctus diversarum colore gemmarum. — Nomen habet ex patria. Sola enim eum parturit India. Sed de causis nominis quod ait, verosimilius esset, si locus eius nominis esset in India. Opalum plerique appellant paederota, pro-

pter eximiam gratiam. Plin. 37, 6 Hanc gemmam (sc. opalum) propter eximiam gratiam plerique appellavere paederota! Opal: Die Eigenschaften hat, bey verschiedenen Stellungen, dem Auge die Farbe des Regenbogens zu zeigen. Richter. Opal: Bey den Alten hieß er wegen der verschiedenen Farbe Iris Adel. Forte derivatur, Opalus, ab ὄψ v. ὄψ, ὀπός, acc. ὀπα, oculus, vultus, aspectus, hinc ὀπαλός, ocularis, aspectabilis. Habemus huic analogam derivationem: Ops, opis, opi, conjux Saturni; hinc derivatur adi. Opalis, e; i. e. quod ad Opem Deam pertinet. Iude Opalia, i. e. sacra, seu festa. Paederota, παιδέρας, ex παῖς, puer, et έρας, amor. Proprie igitur sic dicitur παῖς Έρας, puer Amor, h. e. Cupidinum aliquis. Nihil venustius imagunculis Amoris seu Cupidinis. Ab earum decore κατὰ μεταφορὰν vox tributa est multis, quae gratia multum valerent. In plantis sic dicebatur acanthus, ob insignem eius gratiam in opere topiario. Plin. 22, 22. Item de Caereseo Plin. 19, 8. Item de gemma Opalus, ut supra in Plinio vidimus. Orpheus similiter, libro de lapidibus, opallium ait colore suo referre venusti pueri cutem. Sic enim scribit: Φημι δὲ τοι τέρειν καὶ ὀπάλλιον έρανιω-νας, Ἀγλαδὸν ἰμερτὲ τέρενα χρόα παιδός έχοντα. Ubi notandum, quod Plinius opalum, ὀπάλλιον vocat ὑποκριτικόν. Quidam paederota amethysti genus faciunt. vid. Plin. 37, 9.

SILEX PERLACEUS: *Gyöngyös Kova.* Perlstein, Zeolithsand, Vulcanischer Zeolith, Zeolithischer Pechstein, Obsidianmutter. Linn. Gm. gen. 38. Zeolithes, sp. 15. conglomeratus. — Perlaceus, vid. sub QUARZ. **STALACT. PERLACEUM.**

SILEX PREHNITES: *Prehn Kovája.* Prehnit, Capischer Ebrysolith, Capischer Smaragd, Cap-

pischer Prasem, Capischer Echn-
sopras, Grüner Feldspath, Ap-
felgrüner Quarz, Eboniger Schörl,
Garbenshörl, Kieselartiger Zeo-
lith, Halbzoolith. — Prehnites:
Qui per Colonellum Prehn alla-
tus est. Heuretoricum adiecti-
vum, a Prehn, cognomine il-
lius Colonelli, qui primo hunc
lapidem de Capite Bonae Spei
in Europam adtulit, cum for-
mativo heuretórico, ἰτης, quod
vide statim.

*) Prehnit — ist eine mittlere Stein-
art — Er führt seinen Namen
von dem Oberst Prehn, welcher
ihn zu erst vom Vorgebürge der
Guten Hofnung mit nach Europa
gebracht hat. Unlängst hat man
ihn auch in Siebenbürgen ent-
deckt. Richter. Ites, ἰτης, for-
mativum, quandoque, ut heic
quoque, notat inventorem, seu
heuretozem, et idcirco appello
illud, heuretoricum, seu, In-
ventorem designans. Talia sunt
recentiora: Bergmannites, Wer-
nerites, Gahnites, etc. Anti-
quum est exemplum, μαγγήτης,
Idemquod μάγνης. vid. Heder.
Conf. Plin. 36, 16 Magnes appel-
latus est ab inventore, ut auctor
est Nicander, in Ida repertus.
Namque et passim invenitur, ut
in Hispania quoque. Invenisse
autem fertur pastor clavis crepi-
darum, et baculis cuspidē haeren-
tibus, quum armenta pasceret.

SILEX PUMEX: Tajték Kova.

Bimsstein. Linn. Lava. 5. Pumex.
— Pumex: Spuma. Aliqui con-
tendunt, Pumex prius fuisse Spu-
mex, quia nihil aliud est, quam
spuma. Alii perhibent, Pumex,
derivari a πῦμα, spuo, et eu-
phoniae causa eiecto, T, na-
tum fuisse, Pumex.

*) Pumex prius fuit Spumex, atque
ita dictus, quia nihil aliud est,
quam spuma ac sex quaedam la-
pidum liquefactorum, ut scoria
metallorum. Ita Scalig. in Aet-
nam, idque praeunte Isidoro,
l. 16. c. 3. Pumex vocatur eo,
quod spumae densitate concre-

tus fiat. Sed fortasse verius dixe-
ris a πῦμα, i. e. spuo, venire
pumex, et εὐφονίας causa, ei-
ecto T, pumex. Causa nominis
eadem manet: n. p. quia e spuma
maris generetur. (απῶ, πῶμα,
πῶμηξ, ab imbibendo humore.)

Pumex, κίσσερις. Lapis ca-
vernozus ad corpora leviganda
laudatissimus, in mari crescens.

Plin. 36, 21 Appellantur qui-
dem ita et erosa saxa in aedifi-
ciis, quae musca vocant, de-
pendentia, ad imaginem specus
artere reddendam. Sed et iis pumi-
ces, qui sunt in usu corporum
levigandorum feminis, iam qui-
dem et viris, atque ut ait Ca-
tullus, libris, laudatissimi sunt
in Melo Nisyro (Scyro), et Ae-
oliis Insulis Probatio incandore
minimoque pondere, et ut quam
maxime spongiosi, aridique sint,
ac teri faciles, nec arenosi in
fricando. Ovid. Trist. 1, 1, 11
Nec fragili geminæ poliantur
pumice frontes. Ovid. Trist. 3,
1, 13 Quod neque sim Cedro fla-
vus, nec pumice levis. Juven.
8, 16 Tenerum attritus Calinen-
si pumice lumbum. Plaut. Aul.
2, 4, 18 Pumex non aequē est
aridus, atque hic est senex.
Virg. 12. Aen. Inclusus ut cum la-
tebroso in pumice pastor investi-
gavit apes. Laevis pumice, pro-
verb. pro molli et effeminato po-
nitur. Juv. Sat. 9 Nam res morti-
fera est inimicus pumice levis. A
pumice aquam postulare, prov.
pro frustra ab alio petere, cuius
ipse, a quo petas, maxime sit
indignus. Nihil enim lapide pu-
mice siccus. Plaut. Pers. 1,
1, 42 Nam tu aquam a pumice
nunc postulas. Reperitur etiam
femin. gen. Catull. Carm. 1. Cui
dono lepidum novum libellum
arida modo pumice expolitur
Corneli?

SILEX SCHISTUS (non Schisto-
sus, ut Esper scribit): *Hasadó
Kova. Kieselstiefer*: — Schistus,
non Schistosus, vid. sub AR-
DESIA TEGULAR.
SILEX SCHISTUS JASPIDES,
vid. **BASANITES.**

SILEX SCHISTUS VULGARIS:

Köz Hasadó Kova. Gemeiner Kiesel-schiefer, Horn-schiefer, Horn-schiefer, Schieferiger Hornstein, Hornstein, Trapp. Linn. Gm. gen. 49. *Lydius*. sp. 1. *sili-ceus*.

SILEX SCORLUS: *Salakocsa*

Kova. Schörl. — *Scorlus*: *Parva scoria*, *Parvum excrementum*. Contractum ex, *Scorillus*, hoc vicissim diminutivum a Graeco *σκόρ*, *scoria*.

*) *Scorillus*, *Scorlus*. Reuss Miner. Lex. p. 324. Schörl — er schmilzt für sich zur schwarzen Schlacke. Richt. Esp. — Sammet schwarz, dunkel od. lichter, seltner graulich, oder pechschwarz, Esp.

SILEX SCORL. ELECTRICUS:

Menyköves Salakocsa Kova. Electriccher Schörl, Aschenzieher Zurmeln, Aschendreher, Edler Schörl. — *Electricus*. *ἤλεκτρος*: *Electri virtutem habens*, *Electricitate gaudens*. Ab *ἤλεκτρον*, quod videsis sub **ELECTRUM**.

SILEX SPATHUM, vid. FELD-SPATHUM.

SILEX TREMOLITES (non Tremolitus, ut Esper scribit), **TREMOLITES VITRIFORMIS**: *Tremolai Kova*, *Üvegképű Tremolai*. Glasartiger Tremolit, Strahl Tremolit. Linn. Gm. Trem. sp. 3. vitreus. — Tremolites, vid. sub **TREMOLITES**.

SILEX VULGARIS, vide SILEX SCHIST. VULGAR.

SILVANUM (non Sylvanium, ut Esper scribit) **GRAPHICUM**: vide **AURUM GRAPHICUM**.

SILVANUM LAMELLOSUM,**TELLURIUM LAMELLOSUM:**

Levegűskés Erdélyi, *Levegűskés Földércs*. Blätter-Zellurierz, Blättererz, Blätteriges Golderz, Graugold, Graugolderz, Raupacherz. — *Tellurium*, vid. sub **TELLURIUM**.

SILVANUM LUTEUM, TELLU-

RIUM ALBUM: *Sárga Erdélyi*, *Fesér Földércs*. Gelb-Zellurierz, Gelberz, Weißes in Grünlichgelbe fallendes Golderz, Stautnerz, Weiß-Zellurierz, Weiß-Silvanerz. Linn. Gm. p. 58. *Aurum albidum*, sp. 8. *virescens*, sp. 9.

SILVANUM NATIVUM, vide **AUR. PROBL. s. PARADOX.**

SINOPIS, vid. **JASP. SINOPIS.**

SMALTA: *Lágy-ság*, *Lágyviszszurok*. — vide sub **LAZULITES**. — *Smalta*, vid. sub **FERR. SMALTINUM**.

SMALTINUM, vide sub **FERR. SMALTINUM**.

SMARAGDINUM, vid. **GUPRUM OCHR. SMARAGDINUM**.

SMARAGDITES: *Ragyogóded*, *Smaragdit*, *Smaragdspath*, *Schwerer Feldspath*, *Berde di Corsica*, *Sauaspit*. — *Smaragdites*, *σμάραγδιτης*: *Smaragdo similis*. Graec. adiectiv. absolute positum, subintellig. *λίθος*; a *σμάραγδος*, *smaragdus*, cum format. similitud. *της*, quod vide sub **CIRCONITES**.

*) *Smaragdites*. Genus marmoris *smaragdum* referens. Gesn. *Smaragdus*, vid. sub **SMARAGDUS**.

SMARAGDUS: *Ragyogó*. *Smaragdus*. Linn. Gm. *Gemma Smaragdus*. sp. 13. — *Smaragdus*, *σμάραγδος*: *splendidus*. Graec. adiect. absolute positum, subintellig. *λίθος*, a *μαίρω*, *splendo*.

*) *σμάραγδος* vel *μάραγδος*: *Smaragdus*. *gemma*. Hed. Schrev. *μάραγδος*, *smaragdus*, *gemma*, quae et *σμάραγδος* appellatur, a *μαίρω*, *splendo*. Schrev. *σμάρασσω*, quod et *μαράσσω*, *splendo*, a *μαίρω*, *luceo*. Id. *Smaragdus* vel *Zmaragdus* Plin. 37, 5 *Smaragdus* vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. *Zmaragdus* scribendum esse volunt Brookh. ad Tibull. 1, 1, 51. et

2, 4, 27. Burm. ad Petron. c. 55. p. 273, et ad Ovid. Met. 2, 24. Smaragdus, Graece *σμάραγδος* et *μάραγδος* sine *σ* quo Menander utitur apud Athen. l. 111. Nempe dicitur *σμάραστω*, et *μάρασσω*, lucen, splenden; ab illo est *σμάραγδος*, ab hoc *μάραγδος*. Nam Ovidius; In solio Phoebus claris lucente smaragdīs. Ac Plinius eos radiantes vocat: Statii est, Florescentes igne smaragdi. Aliquis existime: *σμάραγδος* esse ab Arabico *زمر*, quod idem notat. Sed contra vocem, eam Arabes accipere a Graecis.

SMECTIS, vid. **TALC.** **SMEGT.** **SMECTIS BRIANZONIUS**: *Brianzoni fészitő* — vid. sub **TALC.** **STEATITES VULG.**

*) Brianzon, Briançon, Brigantium, kleine und alte Stadt, am Fluss Durance, auf den Alpen in Dauphine, im Frankreich, in einer wilden Gebirgsgegend — Hier wird die Brianzoner Kreide gefunden. Bey der Stadt vereinigen sich die Dure und Ance, woraus die Durance entsteht, Hübner.

SMIRIS v. **SMYRIS**: *Csiszár, Síkár, Súrló, Csiszolókő, Síkállókő, Súralókő*. Smirgel, Emergel, Emergelerz. Linn. Gm. gen. 55. Smiris. sp. 1. poliens. — Smyris, *σμίρις*; v. Smiris, *σμιρίς*; Lapis quo annularii et gemmarii expoliunt gemmas. Graec. substant. vid. Heder. et Schrev.

SOMMITES; vid. **MELILITHES**. **SORANUS WALLERII**, vid. **SIL. MARTIALIS**.

SPATHUM (non Spatum, ut Esper scribit): *Jegezet*. Späthtriger Kalkstein, Kalkspath, Blättriger Kalkstein. — Spathum: Crystallysatum. Peregrinum adiectiv. substantive positum, subintellig. fossile, a Germanico, Spath.

*) Der Spath. In der Mineralogie, eine feine Steinart, welche krystallinisch angeschossen ist, sie

mag nun in dünnen Blättern od. knotig angeschossen seyn. Besonders werden die ungefärbten gemeinlich meisten Spatharten, Spath genannt, dagegen die gefärbten undurchsichtigen Flusseheissen. Ehedem wurde auch das durchsichtige Franeneis, welches ein gypsartiger Stein ist Spath genannt, daher auch die Goldschmiede das calcinirte Franeneis Spath nennen. Anm. Es scheint, dass es in dieser letzten Bedeutung am ältesten sey, und alsdann würde der Name zunächst die Durchsichtigkeit, Helle od. weisse Farbe des Franeneises, oder Selenites bezeichnen, und zu spähen, sehen, gehören, welches unter andern auch glänzen bedeutete. Da der Spath der Bergleute zwar undurchsichtig ist, aber doch in der weissen Farbe dem Franeneise gleichet, so hat man vielleicht aus Unkunde beyde Steinarten für einerley gehalten. Ubrigens bezeichnet der Name Spath nur das Gewebe, oder die Structur dieser Steinart, in dem man Kalkspath, Gypsspath, u.s. v. hat. Adel.

SPATHUM CALCARIUM (non Calcareum, ut Esper scribit) s. **VULGARE**: *Köz v. Mészkö Jegezet*. Gemeiner Späthtriger Kalkstein, Gemeiner Kalkspath, Isländischer Krysstaß, Doppelspath, Doppelstein. Linn. Gm. gen. 10. Spathum etc. — Calcarium, non Calcareum, vid. sub **FARINA CALCARIA**.

SPATHUM CUBICUM RHOMBEUM: *Motólás v. Rézsüt-négyszegű Kockás Jegezet*. Rauten und Würfel Spath. Linn. Gm. gen. 10. sp. 9. 10. vid. sub **SPATH. CALCAR.** s. **VULGARE**. — Rhombeum: Alabro simile, Figurae geometricae, rhombus dictae. simile.

*) Rhombus, *ῥόμβος, ἀπὸ τοῦ ῥέμπεσθαι*, hoc est in gyrum circumagi. Muliebres erat instrumentum, i.e. torquos, sive machinula illa, quam vertendo mu-

heres tramam ad lanificium nent, αἰμβόμαι, in gyrum circumagor, ἔο et veneficæ utebantur, in incantationibus. Mart. l. 9. ep. 30 Quæ aunc Thessalico Lunam deducere rhombo. Prop. l. 3. eleg. 4. v. 26 Staminea rhombi ducitur ille rota. Ovid. 2. Fast. v. 375 Tunc cantata ligatur fuso licia rhombo. Horat. epod. penult. turbinem vocat, Meminit rhombi Theocritus in Ibar naeutria, Ovid. l. 2. Amor. el. 3 Scit bene, quid grammen, quid toto conceita rhombo licia, quid valeat virtus amantis equæ. Est et rhombus figurae geometricæ genus.

SPATHUM DODECAEDRUM: *Tizenkétlapú Jegezet.* Linn. l. c. Dodecaëdram, δωδεκαεδρῶν: Duodecim laterum. Graec. adiect. compositum ex numerali, δώδεκα, duodecim, et ἔδρα, sella, quod ab ἵκωμα, sedeo.

SPATHUM HYODON: *Disznófog Jegezet.* Schmeinszahn. — vid. Ibid. sp. 16. — Hyodon: Dens porcinus. Graecum substantiv. compos. ex ὕψος, sus, porcus, et ὀδὸς ὄντος, dens, ab ἔδω, edo.

SPATH. OCTAEDRUM: *Nyóclapú Jegezet.* — vid. Ibid. sp. 15. — Octaëdram, ὀκταεδρῶν: Octo laterum. Graec. adiectiv. compos. ex ὀκτώ, octo, et ἔδρα, vid. sub SPATH. DODECAEDR.

SPATHUM PELLUCIDUM OBIECTA DUPLICANS: *Tárgykettöztető Általlatszó Jegezet.* Doppelspath von Jssland. Linn. Gm. sp. 3. Spathum pellucidum, γ. obiecta duplicans.

SPATHUM PENTAEDRUM: *Öt-lapú Jegezet.* Linn. Gm. 17. sp. — Pentaëdram, πενταεδρῶν: Quinque laterum. Graec. adiectiv. compos. ex πέντε, quinque, et ἔδρα, quod vide sub SPATHUM DODECAEDRUM.

SPATHUM PENTAGONUM: *Ötszegű Jegezet.* | Linn. l. c. sp.

19. — Pentagonum: Quinquangulos habens. Graecanicum, compositum, ex πέντε, quinque, et γωνία, angulus, inde γωνιατός, et γώνιος, et γώνος, angularis. Schrev.

SPATHUM PRISMATICUM: *Füreszletes Jegezet.* — vid. Ibid. sp. 12. — Prismaticum, vid. sub CUPR. MIN. ARSENIC. PRISMATICUM.

SPATHUM PYRAMIDALE: *Lángded Jegezet.* — Ibid. sp. 20. — Pyramidale, vid. sub BASALTES PYRAMIDAL.

SPATHUM SEXANGULARE: *Hatszögletű Jegezet.* — Ibid. sp. 17.

SPATHUM TABULATUM: *Táblás Jegezet.* Tafelspath.

SPATHUM TRIEDRUM: *Háromszegű Jegezet.* Linn. l. c. sp. 21. — Triedrum: Trium laterum. Graec. compos. ex τρεῖς, tria, et ἔδρα, sella.

SPATHUM TRIGONUM: *Háromszegű Jegezet.* — Ibid. sp. 21. — Trigonum, τριγωνόν: Trium angulorum. Graec. adiect. compos. ex τρεῖς, tria, et γωνιατός, angulosus, quod a γωνία, angulus.

SPATHUM VULGARE s. CALCARIUM. vid. SPATH. CALCAR. s. VULGARE.

SPHAEROIDEUM, vid. CUPR. MIN. ARSEN. SPHAEROIDEUM.

SPHAERULITES: *Golyóbiskaded.* Sphärolit. Sphaerulites, globulis similis, sc. lapis. Est adiectivum substantivi loco positum, derivatum a diminutivo sphaerula, cum formativo similitudinis, ites.

SPHENE: *Ék.* Sphene. — Sphaen, σφήν: Cuneus. Graec. substantivum.

SPINELLUS: *Csipke.* Spinell, Rubin, Rubinspath, Rubicell,

Rother Diamant, Balas. Linn. Gm. Gemma, 40. sp. 1. Rubinus. sp. 6. Rubicellus, sp. 7. Spinellus. — Spinellus: Spineolus. Peregrinum substantivum, ex Italico, Spinello, fictum, quod ex Latino Spineolus per Italos depravatum. Ex eo sic dicitur, quia haec gemma florum et fructus spineoli colorem prae se fert.

*) Spinello, Spinell. Reuss, Italienisch-Deutsches Min. Lex. Der Spinell wird bald von einer rosenrothen, bald von einer karmirothen und karmesinrothen Farbe, — die schon mehr od. weniger ins Gelbe sticht, gefunden. Widenm. p. 251. Spinellus, — rosen-blut-roth, u. gelblichweiss. Esp. p. 55.

SPINTHER v. SPINTER: Kőssön tyű. Spinthere. — Spinter v. Spinter: Armilla v. fibula in humeris. Huius formam refert hic lapillus.

*) Spinter v. Spinter, ἀγκυρίτης, βραχιονιστής, fibula in humeris, v. armilla, qua mulieres in summo brachio sinistro utebantur. Spinter al. scribunt Spinter vid. Dausq. Orthogr. Festus. Spinter, armillae genus, quo mulieres utebantur brachio summo sinistro. Plaut. Men. 3, 3, 4 Iuhasque spinter novum reconcinnariet.

SPISSAXYLON, perperam ita dictum, vide PYSSAXYLON.

SPODUMENE, TRIPHANE: Hamvas, Zsarádnakos, Háromfényű, Sokfényű. Spodumene. — Spodumene σποδυμένη: Cinere, v. ferventi cinere obrutus. Graec. adiect. participiale. Est in Praet. Perf. Part. Passivi verbi σπώδω, cinere v. ferventi cinere obruo, a σπώδω, cinis. — Triphane, τριφάη: Triplici luce v. colore splendens. Graecum adiect. compos. ex τρίς, ter, multoties, et φάος, ἡ, ὄν, lucidus, splendidus, a φάω, luceo.

*) Triphane — Grünlichweiss, von verschiedenen Abstufungen — Zerspringt im Tiegel, in kleine blättrige Stücke, welche meistens goldgelb, die übrigen grau sind. Erstere werden aber in wenigen Tagen ebenfalls dunkelgrau. Esp. p. 122, 123.

SPUMA MARIS: Tengertajték. Meerschaum. Linn. Gm. Talc. 1. STALACTITES, vid. CALCAR. STALACTIT.

STALACTITES SPATHOSUS (non Spatosus, ut Esper scribit): Jegazatos Csepegőkő. Gemeiner Höhlen-Talkstein, Stalactit. Linn. gen. 18. Stalactites. 1. spathosus — Spathosus, a SPATHUM, quod videsis.

STALACTITES STYRIAE: Steyerer Csepegőkő: Schaaliger Talkstein. Linn. Gm. Stalact. sp. 2. Styriae.

STALACTITES STALAGMITES: Cseppded Csepegőkő. Confettiförmiger Talkstein, Confetti di Zivoli. Linn. Gm. gen. 13. Stalactites Stalagmites. — Stalactites, vid. sub CALCAR. STALACTITES. — Stalagmites, σταλαγμίτης: Stillaeformis, Guttaeformis. Graec. adiect a στάλαγμα, gutta, stilla, cum format. similitud. της, quod vide sub CIRCONITES.

STALACTITICUM, videsis sub QUARZ STALACTITICUM s. TOFACEUM.

STALAGMITES, vid. STALACTITES STALAGMITES.

STANNUM: Máz, Fejérón, Czin. Zinn. — Stannum, κασσίτερος: Crusta vitrea, qua vasa figulina obducuntur. Ex probatis Scriptoribus Latinis, infra citatis, constat: Stagnum, idem notare, ac crusta vitrea vasis figlinae inducta. 2, Stagnum, cum stannum, idem signare. Sponte ergo sequitur; stannum significare

crustam vitream figlinis vasis in ductam.

*) Stannum s. Stagnum, *κασσίτερος*. Metallum plumbo affine, sed nobilius, Gesn. Plin. 34. 16 Album (sc. plumbum) habuit auctoritatem et liaçis temporibus, teste Homero cassiteron ab illo dictum. — Eius qui primus fuit in fornacibus liquor stannum appellatur. Id. 34. 16 Stannum illitum aeneis vasis saporem gratiorem facit, et compescit aeruginis virus. — Nunc adulteratur stannum addita aeris tertia portione candidi in plumbum album. Stannum, Stagnum esse in Vet. Gl. vide statim. Stagnum, *κασσίτερος*. Vet. Gloss. Stagnare, pro in crustare, vitream crustam figlinis inducere, ad quam rem stagno s. stanno, aut cognato plumbo utuntur. vid. Taubm. ad Plaut. p. 1485. et statim Stagneus. 2. Stagnare, pro firmare, corroborare, ferruminare, ad quod stagnum s. stannum adhibetur; plumbare Gesn. Stagneus, Adi. Plaut. in Fragm. apud Festum in voce Narica, Vasa stagnæa. add. Taubm. ad Plaut. p. 1485. In cacabo figuli novo, vel stagneo coquitur. Colum. 12. 41. 2. Stagnæa amplior Scribon. 230. i. cacabus. Conf. Rhod. in Lex. Scribon. Pyxis stagnæa. Id. 30. Vas stagnæum Id. 268. 269. 271. Numi stagnæi l. 9. §. 2. ff. de l. Corn. Vid. Pallad. Mai. 7. 1 Stagnææ regulæ. Veget. Mulom. 1. 16. 5 Vas stagnæum. Stagnatus, Particip. Aur. Vict. Valer. 1. 31 Coquere in stagnato ad ignem, i. e. stanno s. stagno in crustato, Gesn. Stagnator, *κασσίτερος*. Gloss. Gr. Lat. *κασσίτης*. *κασσίτερος*, stannum. Heder.

STANNUM AMORPHUM: *Κάπτελεν Μάξ.* — vid. sub STANN. OCHR. ANDROGYNUM. — Amorphum, *ἄμορφον*: Informe. Graec. adiectiv. composit. ex α priv. et *μορφή*, forma.

STANNUM ANDROGYNUM; vid. STANN. OCHR. ANDROGYN,

STANNUM AUREUM: *Αράν Μάξ.* — vid. sub STANN. MIN. PYRITAC.

STANNUM CORNUBIENSE, vide STANN. OCHR. CORNUBIENSE.

STANNUM CRYSTALLINUM: *Μάξ Jég.* — vid. sub STANN. OCHR. ANDROGYN. Crystallinum, vid. sub PETROSILEX CRYSTALLINUS.

STANNUM GRANULARE: *Μάξ Δα.α.* — vid. sub STANN. OCHRAC. ANDROG.

STANNUM LIGNEUM: *Fa Μάξ.* — vid. sub STANN. OCHRAC. CORNUBIENSE.

STANNUM MINERALISATUM NATIVUM: *Termék Érczetlenítetett Μάξ.* — vid. sub STANNUM MIN. PYRITACEUM. — MINERALISATUM, vide.

STANNUM MIN PYRITACEUM: *Érczetlenítetett Μάξ Túzkő. Zinnfies, Geschwefeltes Zinn.* Linn. Gm. p. 310. Stann. sp. 5. pyriticosum, sp. 4. mineralisatum, sp. 2. aureum (sp. 1. nativum). — Pyritaceum, vid. sub CUPR. MIN PYRITACEUM.

STANNUM OCHRACEUM ANDROGYNUM (non Androgynum, ut Esper scribit): *Istira v. Csira v. Himeme v. Himnő Sargaföldes Μάξ.* Zinnstein, Schwarzes Zinnerz, Zinn Zwitter, Zinnsand, Seifeinstein, Zinnsgraupen. Linn. Gm. p. 311. sp. 7. Stannum amorphum, sp. 8. granulare Zwitter, sp. crystallinum. — Androgynum, *ανδρογυνον*: Quod utrumque habet sexum, maris, et faeminae. Graec. adiect. composit. ex *άνηρ*, genit. *ανδρός*, mas, et *γυνή*, mulieris, a *γυνή*, mulier. — OCHRACEUM, vide.

*) *ανδρογυνος*, audrogynus, semimas, semifemina, semivir. Gl. Vet. Ex *άνηρ*, genit. *άνδρος*, per

Sincop. ἀνδρῶς, vir, mas; ἡ γυνή, mulier. Hed. Androgynus Cic. de Div. Plin. 7, 3 Gignuntur et utriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis. Plin. 7, 2 Supra Nasamonas confinesque illis Machlyas, Androgynos esse utriusque naturae, inter se vicibus coeuntes, Calliphanes tradit. Aristoteles adiecit dextram mammam iis virilem, laevam muliebrem esse. In eadem Africa familias quasdam effascinantium, etc.

STANNUM OCHR. CORNUBIENSE: *Kornwalli Sárgaföldes Máx. Holz-Zinnerz, Kornisches Zinnerz, Strablighes gelbliches Zinnerz, Faseriger Zinnstein, Faseriges Zinnerz.* Linn. Gm. pag. 511. sp. 6. Stann. Ligneum. — Cornubia, Cornwall, Cornoaill, Landschaft in Westsex in England.

*) Stannum Ochraceum Cornubiense — Wird unter dem Waschzinn einzig zu St. Colomb, Roach, und S. Denis in Cornwallis gefunden. Esp. p. 383.

STAUROLITHUS, vid. **GRANATUS STAUROLITHUS**.

STEATITES, vid. **TALC. STEATITES**.

STEATITES LAMELLARIS; vide **TALC. STEATIT. LAMELLARIS**.

STEATITES VULGARIS, vide **TALC. STEAT. VULG.**

STELLARIS: *Csillagos.* vid. sub **TREMOLITES VULGAR.**

STIBIUM, vid. **ANTIMONIUM**.

STIBIUM ALBUM, vid. **STIB. MIN. ALBUM**.

STIBIUM FOMITOSUM, vide **STIB. MIN. FOMITOS.**

STIRIUM GRISEUM VULGARE DENSUM, vid. **STIB. MINER. GRIS. VULG. DENSUM**.

STIBIUM GRIS. VULG. LAMELLOSUM, vid. **STIB. MIN. GRIS. VULG. LAMELLOS.**

STIBIUM GRIS. VULG. RADIATUM, vid. **STIB. MIN. GRIS. VULG. RADIATUM**.

STIBIUM MINERALISATUM ALBUM: *Fejer Érczetlenítetett Szorító. Weiß Spiesglanzerz, Spiesglangspath.* Linn. Gm. p. 503. sp. 9. Stibium muriaticum. — **MINERALISATUM**, vide.

STIBIUM MIN. FOMITOSUM: *Taplós Érczetlenítetett Szorító. Zunderspiesglanzerz, Zundererz, Bergzundererz, Lumpenerz, Silberhaltiger Bergkork, Leichtes blättriges Silbererz, Blättererz.* Linn. 75. Asbestus, sp. 10. argenter.

STIBIUM MIN. GRISEUM, ANTIMONIUM MIN. GRISEUM: *Szürke Érczetlenítetett Szorító, Szürke Érczetlenítetett Vadmérge. Grau Spiesglanzerz, Blauliches Spiesglaserz, Geschwefelter Spiesglang.* Linn. Gm. p. 501. sp. 6. Antimonium vulgare, α, texturæ compactae, β, text. lamellosae, γ, text. radiatae, δ, text. fibrosae.

STIBIUM MIN. GRIS. VULGARE: *Köz Szürke Érczetlenítetett Szorító. Gemeines Graues Spiesglanzerz.*

STIBIUM MIN. GRIS. VULGAR. DENSUM: *Sűrű Köz Szürke Érczetlenítetett Szorító. Gemeines Dichtes Grau Spiesglanzerz.*

STIBIUM MIN. GRIS. VULGAR. LAMELLOSUM: *Levegűcskés Köz Szürke Érczetlenítetett Szorító. Gemeines Blättriges Grau Spiesglanzerz.*

STIBIUM MIN. GRIS. VULGAR. PLUMOSUM: *Pelyhes Köz Szürke Érczetlenítetett Szorító. Gemeines haarförmiges Grau Spiesglanzerz, Federerz, Silbersfedererz, Antimoniafsiber, Spiesglangsilber.*

**STIBIUM MIN. GRIS. VULG. RADIA-
TUM:** *Súgárló Kő Szur-
ke Erczelenítetett Szorító.*
O meines Strahliges Grau Spieß-
glanzerz.

STIBIUM MURIATICUM: *Sós
Szorító.* — vid. sub **STIB. MIN.
ALBUM.**

**STIBIUM s. ANTIMONIUM NA-
TIVUM:** *Termék Vadmérge v.
Szorító.* Gediegen Spießglanz-
erz. Linn. Gm. p. 299. 1. Stibi-
um s. antimonium nativum.

**STIBIUM s. ANTIMONIUM OCH-
RACEUM:** *Sárgaföldes Vad-
mérge v. Szorító.* Spießglanz-
ocher. — **OCHRACEUM,** vide.

**STIBIUM s. ANTIM. OCHR. IN-
DURATUM:** *Kemény Sárga-
földes Vadmérge v. Szorító.*
Verhärteter Spießglanzocher.

STIBIUM OCHRACEUM, vid.
STIB. s. ANTIM. OCHRAC.

STIBIUM PHOSPHOREUM: *Ví-
lágító Szorító.* Gelbspießglanz-
erz. Linn. Gm. p. 305. sp. 9. Sti-
bium phosphoreum. — Phospho-
reus, a Phosphorus, quod vid.
sub **CALCAR. APATIT. PHOS-
PHORITES.**

STIBIUM PLUMOSUM; vid. **STI-
BIUM MIN. GRIS. VULG. PLU-
MOSUM.**

STILBITES: *Csillagzó.* — vide
sub **ZEOL. SPATHOS.** — Stilbi-
tes; *στῆλας*: Nitens, splen-
dens, coruscans. Graec. adie-
ctiv. substantivi loco positum,
subintellig. *λῆθος*. Derivatam a
στῆλας, nitor, splendor, cum
formativo adiectivorum *της*.

*) Stilbon, *στῆλον*, stella Mercurii,
a *στῆλας*, lucco. Cic. de Nat.
Deor. c. 20 Stella Mercurii *στῆ-
λον* appellatur a Graecis. Stil-
bit, *στάβη* — Innen glänzend,
auch von Perlenmutterglanz —
oft sternförmig. Esp. p. 107.

**STRONTIANITES CARBONICA-
TUS:** *Szénsavanyú Strontia-*

ni. Kohlsaurer Strontianit.
Linn. Gm. p. 64. not. — Stron-
tianites. In Strontian repertus.
Patronymicum adiectivum, ab-
solute positum, subintellig. *λῆ-
θος*; derivatum a Strontian,
cognomine plumbifodinae in
Scotia, cum format. patrony-
mico, *της*, quod vide sub **A-
RENDALITES.**

*) Strontianit. Die Eigenschaften
dieser Grunderde, die Herr Do-
ctor Crawford, und Herr Rath
Sulzer in Ronneburg in einem
dem Witherit ähnlichem Fossil
von Strontian in Schottland ent-
deckt haben wollen — Bis daher
hat man diese Erde nur in einem
einzigen Fossil gefunden, dem
man den Namen von seinem Ge-
burtsort gegeben, und es Stron-
tianit genannt hat. Widenmann
p. 570. Strontian, gemeiner,
kommt jetzt bloss in Schottland
zu Strontian vor. Richt. Stron-
tianites carbonatus — Bey Stron-
tian in Schottland in Gneis, etc.
Esp, p. 229. Strontian, eine
Bleygrube in dem Bezirk Ardgow-
war in der Grafschaft Argylen in
Mittel Schottland, hier wurde
zuerst der Strontianit gefunden,
Hübner.

**STRONTIANITES COELESTI-
NUS:** *Egszínű Strontiani.* —
vid. sub **STRONTIANITES (s.
SCHÜTZITES) FIBROS.**

**STRONTIANITES SCHÜTZI-
TES, STRONTIANITES SUL-
FURATUS:** *Schütz Strontia-
nija, Büdösköves Strontiani.*
Schützt, Schwefelsaurer Stron-
tianit. — Schützites: Qui per
Schütz inventus est. Heuretori-
cum adiectiv. substantive posi-
tum, subintelligendo lapis; a
Schütz, cognomine mineralo-
gi, cum format. heuretórico,
της. quod vide sub **PREHNI-
TES.**

*) And. Chf. Schütz, discessit in A-
mericam Septentrionalem, re-
divitne inde? nec ne? vel an ad-
huc in vivis sit? mihi non con-
stat.

stat. Opus eius: And. Ghf. Schütz, Beschreibung einiger Nordamerikanischen Fossilien. Leipzig. Sommer, 1791. 8. Conf. COELESTINUS.

STRONTIANITES (s. SCHÜTZITES) DENSUS: *Sarú Strontiani* (v. Schützé.). Dichter Schwefelsaurer Strontianit.

STRONTIANITES (v. SCHÜTZITES) FIBROSUS: *Kanafos Strontiani* (v. Schützé.). Fasriger Schwefelsaurer Strontianit, Célestin.

STRONTIANITES (s. SCHÜTZITES) LAMELLOSUS: *Levegűskés Strontiani* (v. Schützé.). Blättriger Schwefelsaurer Strontianit, Sicilianit.

STRONTIANITES SICILIANITES: *Sicili Strontiani*. — vid. sub STRONTIANIT, (s. SCHÜTZIT.) LAMELLOS.

STRONTIANITES SULFURATUS. v. id. STRONTIANITES SCHÜTZITES.

SUBER, vid. ASBESTUM SUBER.

SUBER MONTANUM: *Hegyi Kéreg*. — vid. ASB. SUBER.

SUBLIMATUM NATIVUM: *Termék Felrepült*. — vid. sub HYDRARGYR. SALITUM.

SUCCINUM, vid. AMBRA LUTEA.

SUCCINUM ALBUM: *Fejér Mézga*. Weißer Bernstein. Linn.

Gm, 73, 1. Succinum electric. SUCCINUM ELECTRICUM: *Napped Mézga*. — vid. sub SUCCINUM ALB.

SUCCINUM FLAVUM: *Sárga Mézga*. Gelber Bernstein. Linn. 73.

SUILLUS CRYSTALLINUS: *Jeges Disznós*. — vid. sub CALC. SUILL. SPATHOS. s. LAMELLOSUS.

SUILLUS LAMELLOSUS: *Levegűskés Disznós*. — vid. sub CALC. SUILL. VULG. DENS.

Pars I. Lex. Miner. Etym.

SUILLUS MARMOREUS: *Márvány Disznós*. — vid. *Ibid*.

SULFUR: *Bűdöskő, Kénkö, Kén*. Schwefel. — Sulfur, aliqui Sulphur volunt scribi: Prius Vossius, posterius Calepinus praetendit.

*) Voss. Sulfur malim, quam sulphur, quia solis est Latinis in usu. Posterior tamen pars debeatur Graecis, si conflatum est ex $\sigma\alpha\lambda$ et $\pi\upsilon\rho$, ut aliqui censent, vel a solum et $\pi\upsilon\rho$, ut in Catholico suo tradit Ioannes Genuensis. Nempe quia sit soli pingvedo, quae ab igne accendatur. Saltem ab igne esse, etiam Isidori est iudicium: qui lib. 16, c. 1, Sulfur, inquit, vocatum, quia igne accenditur. In Catholico additur, fortasse ab $\kappa\eta\rho$, quod Hebraeis est ignis. Sed si ab igne est, cur non a $\pi\eta\rho$ potius, quam ab ur derivemus? Nam unde alioqui sit f, quod affine est $\tau\alpha\pi$, id autem est in Graeco $\pi\upsilon\rho$. Interea puto esse, non vocem hybridam ex Latina Graecaque, sed plane Graecam, quasi $\delta\lambda\omicron\gamma$ $\pi\upsilon\rho$. Graeci tamen $\sigma\epsilon\tau\omicron\gamma$ vocant, tanquam rem maxime sacram: ut quo ad expiationes omnes uterentur. Aristoteles in Problem. Sect. XXIII. Calepin. Vossius in Etymol. putat rectius scribi sulfur, quia haec vox apud Latinos tantum in usu est. At Manut. in Orthogr. consuetudinem probat scribendi cum ph, additque in quibusdam vet. monumentis legi sulphur, quia Veteres, aspirationem parce adhibebant.

SULFUR CRYSTALLICUM: *Jeges Kénkö*. — vid. sub SULF. VULCANIC. — Crystallicum, a Crystallus, quod vid. sub CRYSTALL. MONTANA.

SULFUR NATIVUM, SULFUR VULGARE: *Termék Kénkö, Kőz Kénkö*. Gemeiner Schwefel.

SULFUR PULVEREUM: *Por Kénkö*. — vid. sub SULF. VULGAR. PULVEREUM.

SULFUR PYRITES: *Kéntűzkő.*

— vid. sub FERR. MIN. PYR. VULGARIS.

SULFUR TERREUM: *Földes*

Kénkő. — vid. *Ibid.*

SULFUR VULCANICUM: *Vulcan Kénkő.* Vulkanischer Schwefel. Linn. Gm. 7^{ti}. sp. 1. β. c. S. nat. crystall. — Vulcanicum: Ex ignivomis montibus eructatum. Adiectivum, a Vulcanus, Deus ethnicus, fabrorum praeses, et Deus ignis habitus.

SULFUR VULGARE; vid. **SULFUR NATIVUM.**

SULFUR VULG. PULVEREUM: *Por Kőz Bűdőkő.* Erdiger Schwefel. Linn. gen. 76. sp. 1. S. nat. α. pulvereum, sp. 2. terreum.

SULFUR VULG. SOLIDUM: *Merő Kőz Kénkő.* Fester Schwefel. Linn. Gm. gen. 76. sp. 1. S. nativum.

SYENITES (non Sienites, ut Esper scribit): *Syeni.* Syenit. — Syenites: Qui ex Syene urbe est. Patronymicum adiectiv. substantivi loco positum, subintellig. *λῆδες*; a Syene, cognomine urbis Aegyptiae, cum format. patronymico *της*, quod videtis sub ARENDALITES.

*) Ovid. Metam. 5. v. 74. Ecce Syenites genitus Methione Phorbas, Sic Syenites Marmor Plin. 36, 8. Syene, urbs Aegypti superio-

ris, in conf. Aethiopiae, in Praeseectura Girgii. Hic nullas solstitii aestivi tempore umbras Sol facere dicitur circa meridiei tempus, quia urbs sub ipso cancri tropico sita est. Hinc Lucan. l. 2. vers. 586. Calida medius mihi cognita axis Aegypto, atque umbras nunquam flectente Syene. Syene, Stadt in Oberaegypten, an den Gränzen von Aethiopien, und am Nil, welcher hier von sehr hohen Felsen, mit einem grossen Geräusche, herabfällt, — man findet da eine Art von sehr hartem Marmor, welchen die Italiener Granito nennen, der weder durch Feuer, noch durch die Länge der Zeit verzehrt werden kann. Hübn. Syenit — Man findet ihn — in Aegypten, und in mehreren entfernten Ländern. Widenm. p. 1009. Syenites Forst. Syenus Stütz. Syenit Plinii (eigentlicher) Granit. Reuss.

SYENITES PORPHYRACEUS s. **SCHISTUS** (non Schistosus, ut Esper scribit): *Hasádóv. Bársonyos Syeni.* Porphyrtartiger Syenit, Syenitporphyr, Syenitschiefer. — Linn. Gm. p. 215. Granites. sp. 5. Syenites — Porphyraceus, Adi. a **PORPHYRIUS**, quod vid. — Schistus, non Schistosus, vid. sub **ARDESIA TEGULARIS**.

SYENITES VULGARIS: *Kőz Syeni.* Gemeiner Syenit.

SYLVANIUM, vid. **SILVANIUM**.

T.

TALCITES, TALCUM STEATITES LAMELLARIS: *Fagygyűdés, Levegűskés Hájded Fagygyű.* Talcit, Sealentalt, Blättriger und streifiger Steatit. — Talcites: Talcio similis. Peregrinum adiect. a Germanico, Talg, sebum; cum format. similitud. *της*, quod vid. sub **CIRCONITES**. — Talcum: Sebum.

Peregrinum, ex Germanico, Talg, ortum. Metaphorice hic lapis sebum dicitur.

*) Eine thonigte Steinart, welche aus glänzenden Schuppen, von ungleichen Flächen besteht, und sich fettig wie Talg anfühlen lässt, der Talkstein. — Anm. In mittlern Latein. Talcum, auch in Pers. Talcq, Talcum, Fascheibot, dass dieses Wort urprüng-

lich in Asien einheimisch ist, indessen ist doch unstreitig mit unsern Talg verwandt, mit welchem diese Steinart nicht nur dem Gefühle, sondern auch oft der Farbe nach viele Aehnlichkeit hat. Adel.

TALCUM (PROPRIUM): (*Igaszi Fagygyú.* Talf.

TALCUM COSMETICUM OFFICINARUM, TALCUM VULGARE s. **PROPRIUM COMMUNE:** *Szeredi Álfesték Fagygyú, Közönséges Tulajdon v. Köz Fagygyú.* Gemeiner Talf, Venetianischer Talf, Talfglimmer, Schminke Talf, Blättriger und Strahliger Talf. Linn. Gm. Talc. sp. 6. radiatum, sp. 7. cosmeticum. — Cosmeticum, κοσμητικόν: Ad ornamentum pertinens. Graec. adiect. a κοσμέω, orno. — Officina, heic sumitur κατ' ἐξοχήν, pro medicamentorum officina, i. e. officina pharmaceutica.

*) Cosmetica, sunt medicamenta externa, illiniendo applicata, cutim dealbantia, emollientia, ad pulchritudinem illi conciliandam: ut oleum tartari, lac virginis, dissolutio ex mercurio sublimato, sulphure, camphora, etc. a κοσμέω, orno. G. Schminke. Blanc. Officina: Medicis est alia pharmaceutica, in qua Galeni medicamenta maxime praeparantur: alia chymica, in qua essentiae ex mineralibus, in varia forma extrahuntur, et dicitur vulgo Laboratorium, a laborando. Et alia chirurgica, in qua res ad chirurgiam pertinentes tractantur. Blanc.

TALCUM FARINOSUM, vide

FARINA MONTANA. TALCOSA.

TALCUM FULLONUM: *Kalló Fagygyú.* Wollererde, Wollfettthon. Linn. Gm. Talc. sp. fullonum.

TALCUM OFFICINARUM: vid. **TALC COSMET OFFICINARUM.**

TALCUM OLLARIS, LAPIS OL.

LARIS: *Fazék Fagygyú, Fazék Kő.* Verhärteter Talf, Schieferiger Talf, Topfstein, Sebetstein, Lavastein, Talfschiefer: Linn. Gm. Talc. sp. 10. ollaris.

TALCUM PROPRIUM COMMUNE, vid. **TALC. VULGAR.** s. **PROPR. COMMUNE.**

TALCUM PURUM: *Tiszta Fagygyú.* Reine Talferde.

TALCUM RADIATUM: *Súgárló Fagygyú.* — vid. sub **TALC. COSMET. OFFICINAR.**

TALCUM SMECTIS: *Tisztító Fagygyú.* Seifenstein, Halbverhärteter Speckstein, Cornwallischer Seifenstein. — Smeectis, σμηκτις: Abstergendi vim habens. Graec. adiect. substantivum positum, subintellig. λείδος; a σμάω, purgo.

*) σμηκτις, substant. Idem quod σμηκτικόν, abstergendi vim habens. A σμάω, abstergo, extergo, detergo. Hoc a σμάω, abstergo, detergo, purgo. Hed. Smeecticus, Adi. σμηκτικόν, Dicitur quod habet vim abstergendi, purgandi Plin. 30. 4. Omnium quidem cochlearum cinis spissat, calescit, smectica vi.

TALCUM SPUMA MARIS: *Tengertajtéka Fagygyú.* — vid. sub **SPUMA MARIS.**

TALCUM STEATITES: *Hájdéd Fagygyú.* Speckstein. Steatites, στεαττης: Axungiae similis Graec. adiect. substantivi loco positum, subintellig. λείδος; a σέας, gen. σέματος, adeps, cum format. similitudin. ττης, quod videsis sub **CIRCONITES.**

*) Steatites, στεαττης. Gemma est, seu qualemunque similitudinem ostentans, Gesn. Plin. 37. 11 Si quidem a membris corporis habent nomina. Hepatites a iecinore, Steatites singulorum animalium adipe numerosa. Steatites, στεαττης, gemma sic di-

eta, quod sevo similis sit, quod
à Gr. *Σέας* adpellatur, Calep.

TALCUM STEATITES LAMEL-
LARIS, vide **TALCITES**.

TALCUM STEAT. VULGARIS:

Kös Hájsed Fagygyú. Gemeis-
ner Speckstein, Emsenstein, Steas-
tit, Schreibstein, Spanische-
Bianzoner Kreide. Linn. Gm. Talc.
sp. 8. Smeectis brianzon.

TALCUM SQUAMOSUM, TAL-
CUM TERREEUM: *Pikkelyes*
Fagygyú, *Földes Fagygyú*.
Schuppiger Talk, Erdiger Talk,
Talkerde. Linn. Gm. Talc. 5.
squamosum.

TALCUM TERREUM, vid. **TAL-**
CUM SQUAMOS.

TALCUM VERSICOR, vid. **MI-**
CACITES.

TALCUM VULGARE s. PROPRI-
UM COMMUNE, vid. **TALC.**
COSMET. OFFICIN.

TANTALITES, TANTALUM:
Tantalides, *Tantal.* Tantalit,
Tantal. — Tantalites: Tantalos
simile. Adiect. absolute posi-
tum, subintellig. metallum; a
Tantalus, cognomine regis Phry-
giae, cum formativo similitudi-
nis *της*, quod vid. sub **CIRCO-**
NITES. Ex eo sic dicitur me-
taphorice; quia, ut Tantalus,
iuxta fabulas poetarum, in me-
diis aquis siti torquetur: ita
hoc metallum acidis quibuscun-
que mersum non solvitur, verum
tantum alcali caustico. Tanta-
lum; Metallum Tantalus cog-
nominatum. Huius substantivi
et originem et sensum, vid. su-
pra, sub Tantalites.

*) Tantalus, filius Jovis tertii, ex
Ploce nympha, pater Pelopis et
Niobes, avus Atræi, Thyestis,
Plisthenis, et Lysidæes, pro-
vus Agamemnonis et Menelai,
Rex Phrygiae, hic cum Deos con-
vivio exceperat, ut eorum divi-
nitatem experiretur, Pelopem fi-
lium, membratim discernptum,

coctumque iis apposuit com-
dendum. Illi vero cum abhor-
ruissent a cibo, non solum ab-
stinuere, sed collectis in unum
membris, puerum in formam pri-
stinam reducere, et revocata per
Mercurium anima, eam illi re-
stituere. Sed cum adverterent,
humerum deesse puero, quem de-
voraverat Ceres, loco consumpti
eburneum refecere. Tantalum
autem ad inferos detruserunt,
ubi perpetua fame et siti torque-
retur, in puteo immersus, in
quo poma capiti imminerent,
quae cum capere vellet, eleva-
rentur, aquae vero ad mentum
usque ascenderent, quae, cum
sese inclinans vellet bibere, dela-
berentur. Cic. 1. Tusc. c. 5.
Nento summam aquam attingens
siti enectus Tantalus. Ovid. 1.
2. Amor. el. 2. Quae rit aquas in
aquis et poma fugacia captat Tan-
talus. Tantalum — Das Oxyd
wird durch keine andere Säure,
als nur durch kaustisches Kali
grösten theils aufgelöst.

TARRAS, vid. **CAEMENTUM**
TARRAS.

TELLURIUM: *Földércz*, Tellur.
— Tellurium: Metallum Terra
cognominatum. Substant., de-
rivatum v. a Tellus, uris, Dea
terrae, v. a Tellurus, Deus ter-
rae; intelligitur ipsa terra; me-
tonymice, qui praesidet, pro
ipsa re cui praesidet, positus.
Ex eo sic dicitur metaphorice,
quia hoc metallum est nimium
quantum friabile, et asperum,
ut terra; imo colore quoque
terram imitatur.

*) Tellurium — das Metall von Zinn-
weißser, ins Bleygraue sich zie-
hender Farbe — Spröde, leicht
zerreiblich. Esp. p. 411. Tel-
lurerz, graues, — Es hat eine
bleygraue, ins Eisenschwarze
ziehende, Farbe. Richter. Tel-
lurus, Deus telluris. Mart.
Capell. 1. p. 16. Tellus, uris;
Dea terrae. Cic. de Nat. Deor.
Jam si est Ceres agerendo, ita
enim dicibas, terra ipsa Dea
est, et ita habetur. Quae est

